THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY
[redacted]

CLASSICS
CLASSICS

OTTO HARRASSOWITZ
BUCHHANDLUNG
:LEIPZIG:

EPICVRI
ET
EPICVREORVM SCRIPTA
IN HERCVLANENSIBVS PAPYRIS SERVATA

EDIDIT ADNOTATIONIBVS ET INDICIBVS INSTRVXIT
TABVLIS EXORNAVIT

ACHILLES VOGLIANO

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXXVIII

EPICVRI
ET
EPICVREORVM SCRIPTA
IN HERCVLANENSIBVS PAPYRIS SERVATA

EDIDIT ADNOTATIONIBVS ET INDICIBVS INSTRVXIT
TABVLIS EXORNAVIT

ACHILLES VOGLIANO

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXXVIII

Druck von C. Schulze & Co., G. m. b. H., Gräfenhainichen.

PA
3970
E2
1928

PIAE MEMORIAE

HERMANNI DIELS

VIGILI AMICITIAE

ROBERTI PHILIPPSON

HOC VOLVMEN

SACRVM ESSE VOLVI

699532

Tandem primo novi corporis volumini a me instaurati, quod reliquias potiores librorum complectetur in papyris adservatorum, quas suburbana illa Herculanensis Bibliotheca annis 1752—54 litterarum antiquarum studiosis restituit, quasi coronidem appingo. Ut autem serius quam ipse speraveram hoc volumen emitteretur, compluribus variisque causis factum est, quas nec gratum mihi referre nec utile cuiquam ad cognoscendum arbitror; alterum tamen me quam primum prelo traditurum esse confido. Materies enim, quae et illi et tertio plane sufficiat, parata iam in meis scriniis adservatur.

Ante hunc diem Herculanensium papyrorum collectiones, quibus harum rerum periti satis adsueverunt, complures exstiterunt earumque apud nostrates agmen, ut ita dicam, *Collectio Prior* ducit, quae decem voluminibus subnixa, magno ambitu, spissis adnotationibus commentariisque instructa, inde ab anno 1793 usque ad annum 1855 Neapoli prodiit. Quam parum autem ingenio iudicio diligentia in rebus exquirendis difficilibus, quibus Epicuri tota fere doctrina continetur, Academici illi Herculanenses praestiterint, ipsa per se volumina specie magnifica, re inania, ad splendorem magis et formam quam ad virorum doctorum utilitatem insignia, satis superque demonstrant. Tum postquam victricibus armis novum rerum statum suamque tandem libertatem Italorum Natio est adepta, *Collectio Altera* statim insecuta XI voluminum, ab anno 1862 usque ad annum 1876 editorum, seriem explevit. Remotis plane, ut ita dicam, fucis atque cincinnis, haec nudas proposuit illas delineationes, quas aere incidendas Academici Herculanenses antea curaverant. Itaque factum est, ut volumina specie incompta perutilia tamen viderentur, idque renatis Herculanensium papyrorum studiis ostenditur, quibus hinc tamquam area pura firmumque ad aedificandum solum exhibetur, cum iam olim *Prioris Collectionis* splendida illa volumina fere omnia alta oblivio suppresserit.

Anno denique 1915, Neapolitanae Academiae auspiciis et voluntate, *Collectio Tertia* edi coepta est, quae mox, primo tantum volumine emisso, repente conticuit. Sed omnes hae collectiones feliciorum temporum, quibus philologia copiis opibusque nec non favore hominum ac plausu alebatur augebaturque, documentum exstant; nunc alia temporum ratio, alia hominum studia; haec omnia enim in artiorem quasi gyrum, ne in angulum dicam, inopia, qua bonae artes opprimuntur, compellit ac prava quaedam ambitio, semita illa qua Musarum sedes aditur neglecta contemptaque, ut compendiariam expeditioremque ad honores honoribusque omnibus potiores divitias ingens iuniorum multitudo sequatur, magno opere suadet.

Sed ne amplius rhetorum more saeculo convicium faciam, mea haec collectio ad illam proxime accedere studet, quam Theodorus Gomperz, vir de Herculanensi Bibliotheca una cum Guilelmo Crönert praeter ceteros optime meritus, mente concepisse videtur, cum libellorum seriem, quam *Herculanische Studien* inscripsit, ederet; quorum tamen contra spem certe consiliumque auctoris duo tantum, annis 1865 et 1866, in lucem emissi sunt. Commentarii vero, quos Theodorus Gomperz pollicitus erat, non sine magno studiorum nostrorum detrimento ac dedecore ne prelum quidem exercuisse videntur; nec tamen cuiusvis erat scripta a Theodoro Gomperz primum publici iuris facta sine idoneis interpretationis vel commentariorum subsidiis perlegere.

Quinque in hoc volumine Herculanensia scripta nunc eduntur quae magna ex parte non antea edita sunt vel ita prodierunt, ut non alia hucusque fuisse condicione peritis harum rerum hominibus iure videantur. Lectiones omnes in ipsis papyris diligentissime contuli, lacunas caute mensus sum, columnarum ordinem ac seriem, ut ambitum et formam cuiusque libelli, qualis fuisset, restituerem, indagavi. Adnotationes adieci ad graviora ac difficiliora explananda, quas aegre desiderari posse animadverti; uberiora quaedam plenioraque sine damno, ne dicam commoditate quadam, in aliud tempus differenda erant. Primum enim danda opera erat, ut hae reliquiae in suum ordinem redigerentur, satisque laboris in his perficiendis absolvendisque est et qui multorum hominum doctorum vires possit exercere. Quodsi plura ad rem, ut fit, utilia atque inutilia collegissem, doctior fortasse quibusdam, ineptior iis, quorum iudicia reformido, visus

essem. Non dissimili igitur causa perpetuam interpretationem addere nolui; reliquias tantum XXVIII de Natura libri ab Epicuro conscripti ita explicare studui, ut qua in sententiis interdum obscurissimis restituendis ductus essem ratione, manifesto ostenderem. Tabulas quinque, quae apographum unius papyri (n. 176), a me confectum optime reddunt, volumini adieci, egregium inde auxilium cum ad textum redintegrandum scripti a me foras dati, tum ad nova studia promovenda redundaturum ratus. In hoc primo volumine perficiendo sumptui inmodico mihi parcendum erat; in proximis certe hoc tamquam firmissimum fundamentum omnibus, quas editurus sum, papyris me subicere posse confido. Delineationes, quas ipse summo labore et diligentia confeci, papyri asperitates, lacunas, litterarum formam omnino reddere student. Itaque quae dedi certa vel, quantum licuit, certa habenda sunt. Subsidia enim firmissima parare legentibus volui, difficultates removere. Quocirca tenuiora quaedam vestigia, ne interpretando lectionem potius obscurarem atque corrumperem, consulto neglexi.

In scriptis eligendis ab Epicuro, ut par erat, orsus sum, cuius „De Natura" operis in Herculanensi Bibliotheca reliquiae non neglegendae servantur; quas cum Academici Herculanenses delineandi arte exprimendas curaverint, ut prudentes homines ac vetustatis studiosi, minime sunt laude fraudandi. Quid? quod delineationes illae accuratissime pictae sunt nec multum cedunt iis, quas earundem papyrorum Angli iure saepius laudati confecerunt. Reliquias autem trium librorum Academici Herculanenses ediderunt, in duobus (II et XI) parum commendabili opera, in tertio pravitate quadam ingeniorum incredibiliter grassati. Theodorus demum Gomperz, cum sibi hanc provinciam administrandam sumpsisset, egregia quidem specimina emisit, potiora harum reliquiarum delibavit, pollicitus editionem quamquam non omnibus numeris absolutam, quae tamen philologorum necessitatibus satis faceret, cito emissurum. Cuius promissa quandoque ad effectum perductum iri sperans, Hermannus Usener, Epicuri editor, librorum *περὶ φύσεως* reliquias a ceterorum Epicureorum corpore seiungendas esse sibi persuasit, praeclaro sane consilio et in quo simplex candidumque viri docti iudicium emineat: «*Risum meruissem*», sic enim aiebat, «*si solis apographis Neapolitanis nisus frustra temptare* [eas] *ausus essem*».

Quamquam ipse quantum in his laciniis resarciendis supplendis explicandis elaboraverit, scidulae ineditae *Glossarii Epicurei* ab illo confecti, quae Bonnae adservantur, aperte demonstrant. Sed Theodorus Gomperz, languescente in dies oculorum acie, in has reliquias quominus amplius incumberet, non sine magno studiorum nostrorum detrimento, prohibitus est; nec iam meliora horum librorum fata exspectari poterant, cum Segofredus Sudhaus, qui Epicureorum edendorum munus et onus susceperat, iniquis iam temporibus virorum doctorum necessitatibus succurrere pro viribus suis studuit ac vere anni 1908 operis «De Natura» reliquias Neapoli recognoscere coepit.

Postquam vero Sudhaus patriae studiisque communibus lacrimabili casu in bello omnium calamitosissimo est ereptus, difficile opus, viribus primum meis satis diffisus, confidentiore deinde in dies animo, in me transferre ausus sum nec iam despero ad extremum usque itineris gravem sarcinam me perferre posse. Reliquias quot exstant omnes, Neapoli adservatas, accuratissime perscrutatus sum, fragmenta dispersa ac disiecta rursus congregavi, quae perperam inlata erant removi et singulorum librorum editiones paravi. Quorum in reliquiis exhibendis ab XXVIII libro incipiendum esse existimavi. Huius enim libri cognitio non cuivis aperta et intellectu facilis, utpote qui totus in logicis quaestionibus versetur, aptissimus tamen visus est, per quem penitus Epicuri canonica intellegeretur.

In Herculanensi Bibliotheca Epistularum quoque ab Epicuro ab eiusque discipulis conscriptarum reliquiae exstant. Quid autem de epistulis ad amicos discipulosque a se datis Epicurus senserit quantamque doctrinarum suarum partem vitaeque suae testimonium illis consignaverit, nemo fere est qui ignoret: «*si gloria tangeris*», his enim verbis Idomeneum suum appellat, «*notiorem te epistulae meae facient quam omnia ista, quae colis et propter quae coleris*». Harum epistularum syllogem a Philonide Epicureo confectam, qua sectae illius discipuli caruisse vix existimandi sunt, Bibliotheca Herculanensis ad hunc diem nobis non reddidit. Exstant tamen complures Epistulae, ex illa sylloge depromptae, in scriptis quibusdam, ad auctoris sententias firmandas aut inlustrandas adlatae. Quorum scriptorum tria hoc volumine exempla complexus sum: primum maioris ambitus ex papyro, quam numero 176 appellare consuevimus (cuius nec

auctoris nomen nec operis in ea servati index ullus exstat nec qui fuerit comminisci potui) descripsi; cetera in duorum librorum, quos Philodemus de Epicuro conscripsit, laciniis servantur. Extremum voluminis locum Polystratus obtinet, qui post Hermarchi mortem Epicureae scholae praefuit. Aestate anni 1912, cum primum papyrum numeri 346 nota distinctam manibus versarem, statim illius viri certa quasi vestigia deprehendi; quae uti certiora persequerer, quanta licuit cura huius operis reliquias, papyrum ipsam ubique adhibens, perscrutatus sum et quaecumque eruere potui expolivi atque supplevi meamque de auctore opinionem novis in dies accessionibus confirmari intellexi. Cum igitur eo res processisset, ut haec etiam aliis peculiari dissertatione adprobari posse sperarem, quaedam conscripsi, quae me tum non edidisse vehementer doleo. Nunc enim res nullam amplius probationem desiderat paginaeque illae, quibus disputandi ratio sententiaeque auctoris enucleabantur, iam sunt Vulcano tradendae; nam superiore anno, papyri recognitione paene absoluta, nominis Polystrati certa vestigia in libelli calce detexi. Veritatem exquirenti nihil exoptatius accidere poterat, sed non ita sincerum illud gaudium fuit, ut non aegre ferrem me ad illam papyri partem, ubi auctoris subscriptionem expectare liceret, non antea oculos admovisse.

In his studiis iuvenilem aetatem paene totam consumpsi, in haec iam maturus incumbo; haec quasi provincia mea est, haec erit semper. Hoc apertissime confirmo. Arduus labor est et initio non sane iucundus. Papyrorum condicio pessima, quam bene norunt periti (sed quot sunt iam, qui Neapolitanae papyrorum Officinae fores pulsaverint ?); papyri combustae et caligine obductae; in paucissimis, feliciore casu, color subfuscus. Plerumque in tenebris versandum, si lucem latentibus verbis sententiisque adfundere volumus. Atramenti color, calami ductus, quae omnia, papyro recens evoluta, olim satis perspicua fuerant, nunc fere ubique pallidiora, interdum omnino evanuerunt. Oculi et quidem acutissimi parum valent; specillis, quae nostrorum temporum ratio ad sustentandam oculorum aciem efficacissima repperit, nobis utendum est et tamen ne ita quidem sine assiduo labore ac summa patientia quae nobis proposuimus assequi possumus; assiduis lectionibus conaminibusque saepius repetitis opus est, ut certi aliquid in tam spissis tenebris dispiciamus. Litterarum

ductus non in adversa statim papyro, sed inclinata, blandiore ex obliqua parte luce admota, paullatim dispiciendi ac distinguendi sunt. Quam saepe quae modo adiuvante lucis condicione quadam satis perspicua videbantur, mox paulum inmutata paene evanescunt! Contra non raro accidit, ut illa, de quibus antea desperaveris, ex improviso satis clara spectantibus fiant. Asperitas autem plagularum, fissurae, papyri fibrae, cum falsissimam saepe imaginem ad oculorum ludibrium litterarum ductibus inducant, omni nobis ratione ac via temptandum est, ut nudam veramque singularum litterarum figuram, qualem librarius pinxerit, ex ipsis earum perturbationibus nobis repraesentemus.

Cum autem in dispiciendis papyri litteris desudaveris, parva sane laboris pars exhausta est. Saepius enim nobis verba aliqua sui parte mutila occurrunt, quae cum sint coniectura resarcienda, ut in sententiis saepe non ita arte inter se cohaerentibus neque satis verborum luminibus inlustratis, gravissimae tum dubitationes suboriuntur. Quot tunc cunctationes, quam saepe eadem verba pertemptanda sunt, ut res ad bonum exitum reducatur! Adde quod interdum fit, ut, quae coniectura tibi tandem adsecutus videris, ea papyrus meliore tempore rursus inspecta, non sine legentis gaudio, sed tamen non sine aliqua diutini laboris frustra consumpti suggillatione, a se fideliter servata esse testetur.

Satis multa sunt, quibus interdum de opere perficiendo desperare cogimur. Inter ceteras difficultates Herculanenses papyri hanc quoque praebent. Saepe enim accidit, ut superioris plagulae particula in evolvenda papyro inferiori ita adhaeserit, ut litterae litteris superpositae ac superioris columnae verba cum inferiore congruentia oculos etiam peritissimos fallant. Neque rarius accidit, ut eiusdem plagulae quasi fenestra inferioris plagulae particulam tamquam ipsius partem tibi ostendat. Quas quidem particulas in integro sententiarum conexu spurias facile deprehendimus, sed ubi verborum circumscriptiones lacunis corruptae, quae fuerit scriptoris sententia, satis aperte intellegere non sinunt, frustra saepe in verborum ordine et forma restituendis operam consumimus. Coniectura igitur tunc locus omnino temptandus est ac nisi felicitate quadam adiuti ad genuinam verborum atque sententiarum formam accedimus, saepius quid verum, quid falsum aut aliunde illatum sit vix agnoscere possumus. Quodsi vel Sapphus vel Alcaei versus, quibus commissi veteres

illi ardores animorum adhuc spirarent, tam assidua opera restitueremus, qualescumque labores suaves sane nobis viderentur; nunc vero in Herculanensibus papyris plerumque comitem illum Pisonis, 'hominem humanum', non inficetum cum versus componeret, Philodemum dico, audimus, quem *de virtutibus et vitiis*, *de rhetoricis* disputantem Musae omnino deseruerunt.

Sed his quoque scriptis antiquarum rerum scientia adiuvatur. Quod saepius mecum ipse reputans non laboribus peperci, non taedio me vinci passus sum, ut quae edenda suscepissem quanta possem diligentia in legentium usum compararem. Non horas numero, non dies, non menses vel annos, quos pertinaci voluntate sustentatus in hoc labore consumpsi. Quod quidem humanis oculis in deprehendendis litterarum vestigiis effici poterat, me plerumque effecisse confido; nec tamen nescio in papyris perscrutandis novas curas novarum lectionum aliquid reperire posse. Satis est, si quam quis provinciam administrandam susceperit, is sanctitate religione impensa cura eam administraverit.

Quod de me spondere audeo; haec quidem studia ab adulescentia ad belli initium summo animi ardore colui. Suadente enim magistro meo Hieronymo Vitelli, vere anni CIƆCCIƆVIII, ut papyris Herculanensibus operam darem, Neapolim me contuli ibique quattuor menses commoratus Bibliothecae ambitum recognovi quaeque eius certa vestigia exstarent indagavi. Guilelmo Crönert, qui peculiaribus libris, innumeris dissertationibus, de his reliquiis egerat, monitore ac duce, angustam quidem et salebrosam, sed certam satis semitam persecutus sum. Tunc mihi eam materiam comparavi, quam insequentibus annis longis vigiliis impensoque studio pertractarem; nullam praeterea occasionem dari passus sum, quin Neapolim et Herculanenses papyros repeterem. Crebrior itaque et quae quotannis fere succresceret novarum lectionum messis permixto cum gaudio dolore me afficiebat, ut qui labores meos ipso eorum fructu augeri amoverique destinatum olim finem viderem. Sed aliquid certi legentibus proponere iam ab initio mihi in animo erat, non hariolationes, non lusus inanes. Philologorum enim animi erant ad haec studia conciliandi, non deterrendi; quod futurum esse videbam, si verborum omni sensu carentium, tamquam his reliquiis nihil aliud omnino effici posset, cumulum struxissem. Studiorum meorum specimina tum hoc praesertim consilio edidi, ut quam

falsa esset nonnullorum hominum opinio, qui nihil bonae frugis, nihil ad nostra studia augenda ex his papyris percipi posse dicerent, exemplo demonstrarem.

Quae tum inchoaveram statim tres praestantissimos viros mihi conciliaverant, Udalricum de Wilamowitz, dico, Hermannum Diels, Robertum Philippson, cum bellum repente ortum, ut res tot annos excultas susceptumque onus deponerem, coegit. Quinque annos — haud parvum aevi spatium — miles, quam debebam, operam patriae praestiti; sed vix tandem cum armorum furor conticuisset, felix me casus Berolinum detulit, ubi quattuor annos commoratus, rursus me ad antiqua illa studia, intermissa tum, omissa numquam, converti quique iam plane resedisse videbatur haec scripta perpoliendi ardor, quattuor praesertim virorum beneficio vehementior excitatus est. Hermannus enim Diels humanissime me excepit, domum suam mihi aperuit, doctrinae suae thesauros liberalissime subministravit, omnibus denique officiis me sibi devinxit. Lugeo igitur illum morte praereptum, lugeo patrem, lugeo virum fortem, qui tum adversissimis patriae suae temporibus documentum animi virtutisque eximiae mihi cotidie spectandum proponebat. Illius contubernii memoria ac recordatio in animo meo haeret, vivit, viget iucundissima simul ac suavissima. Cum Roberto Philippson vetus consuetudo statim post bellum renovata est, nec umquam epistulae nobilissimae obliviscar, quam ad me misit; ea enim infelicissimus pater, qui alterum filium in bello amiserat, de alterius sorte adhuc incertus erat, ad studia Graecae philosophiae, tamquam ad portum, in quo orbitatis fluctuationisque ipsa orbitate gravioris dolores aestusque levaret, se totum convertisse verbis animisque admirandis confirmabat. Ex illis diebus sodalicium inter nos iunximus, quo nihil suavius, nihil iucundius. Absens epistulis creberrimis, coram sermone iucundissimo totam Herculanensem provinciam peragravimus. Sic igitur, quamquam unaquaeque fere huius voluminis pagina eius nomen refert, saepius tamen illud commemorandum erat, multaque sunt, quae si ipse rectius administravi, ut vera contingerem, falsa reicerem, viri doctissimi consiliis potissimum factum est. Haud raro praeterea accidit, ut quae ille coniectura divinasset, ipse postea in papyro legerem; saepe etiam rectam supplendi sarciendaeque sententiae viam mihi indicavit. A Paulo Maas numquam nisi doctior discedo.

Quotiens illum adii, totiens mihi adfuit benivolus monitor, qui errantem ad verum revocaret, qui me meis inventis nimium fidentem castigaret omniaque mea studia amicissime foveret. Udalricum denique de Wilamowitz, nostrae disciplinae gubernatorem ac ducem, quod hic me appellare liceat, magno opere gaudeo. Vir ille tot tantisque negotiis distentus, licet Epicuro Epicureisque numquam delectatus, locos quosdam difficiliores explanandi taedium non recusavit luminibusque ingenii sui acerrimi opem vere egregiam huic editioni adtulit. Horum virorum fideli studio ac benivolentiae me plurimum debere scio libenterque profiteor. Itaque primum hoc volumen Hermanni Diels memoriae et Roberto Philippson sacrum esse volui; idem tamen debitum Udalrico de Wilamowitz et Paulo Maas persolvendum esse scio.

Hos quidem viros nominavi, sed alii quoque de me et de meis studiis apud Germanos bene meriti sunt. Eduardus Norden, Francisci Winter officiosa voluntate usus, a clarissimo philosophorum ordine Bonnensi, adiuvantibus Hermanni Usener heredibus, ut exemplum Glossarii Epicurei inediti[1]) ab illo confecti adirem et meum in usum converterem, facillime impetravit. Guilelmus Crönert apographum suum papyri Herculanensis n. 176 Neapoli ex ipsa papyro confectum, mihi benignissime tradidit. Denique Ernestus Vollert bibliopola, Weidmannianae officinae alter praeses, in me quoque singularis indulgentiae documentum praestitit; moras meas, cunctationes in opere elaborando, iterum atque iterum corrigendo, non gravate tulit et mihi et studiis nostris, ut solet, liberalissime inserviens.

Nunc ad Italos venio, quorum principem Hieronymum Vitelli nomino, qui, dum eum Florentiae audio, me ad philologiam adduxit et subtili semper iudicio fontes Hermannianae doctrinae et suae uberrimos mihi aperuit. Cum Caietano De Sanctis, inde ab hieme anni CIↃCCCIↃXI ad hunc diem consuetudo semper suavissima fuit; labantem me consilio suo sustentavit, animum interdum diffidentem in futuri fidem et spem meliorem humanitate ac bonitate summa reduxit. Eadem mente ac religione Aloysium Castiglioni et Aemilium Bodrero prosequor; cum altero

[1]) Glossarium hoc, ad Epicuri sermonem penitus intelligendum maxime idoneum, meis quoque copiis auctum, aliquando publici iuris factum iri speramus.

enim crebrior vitae et communium studiorum artior consuetudo viginti per annos integram semper et indeclinatam amicitiam servavit. Novi Aemilium Bodrero privatum vere anni CIϽCCIϽVIII in studia Graecae philosophiae ardentissime conversum; bello deinde crebriores fuerunt inter nos conventus. Nunc vero altissimi muneris et officii onus in publicis studiis administrandis curandisque sustinens eodem me animo, quo olim, humanissime mecum disseruit, eodem quo antea amore in nostra studia propensus.

Horum duorum virorum beneficio, cum gravi docendi munere in Neapolitano Gymnasio fungerer, amplior via patefacta est et latissimum otium ad mea studia persequenda paratum. Ordo enim philosophorum et philologorum Caralitanus, his intercedentibus, me recepit et sustentavit. Nova tunc vitae consuetudo, faventibus collegis, ceterarum disciplinarum professoribus clarissimis, mihi oblata est. His igitur omnibus gratias quam maximas et habeo et ago, easdemque Academiae illius Rectori Magnifico Roberto Binaghi agendas esse sentio.

Si quid in hoc volumine, quod spero, placebit, hoc multorum beneficiis in me collatis non minus quam meae tot annorum sollertiae atque industriae deberi grato animo profiteor.

Scribebam Carali Kal. Jan.
ann. CIϽCCIϽXXVIII

Achilles Vogliano.

Quattuor librorum qui hoc volumine continentur reliquias potiores tantum dedi. Serius — si modo tanti videbitur — fragmenta quoque cetera edam, non ut novas proponam sententias, sed ut thesauros dictionis Epicuri, Polystrati, Philodemi pleniores reddam. Aliter res gerenda erat in papyro 176, a p. 23 usque ad p. 55 (cfr. pp. 91—96) a me edita. Papyrus haec magna ex parte servata, et ad imaginem libelli gravissimi restituendam etiam laciniae priorum columnarum haud parvi habendae sunt. Quare omnia fragmenta, minimis vero particulis neglectis, commodissimum repetere duxi.

Librariorum scribendi rationes, non semper sibi constantium, diligenter servatae sunt. Conspectus autem quinque, in calce voluminis additi, condicionem singulorum papyrorum ostendent, rationem partium a me editarum reddent, congruentiam numerorum a me in fragmentis distinguendis adhibitorum cum veteribus apographorum et tabularum numeris praebebunt.

I
EPICURUS, *περὶ φύσεως* Lib. XXVIII
(Papyrus Herc. $\frac{1479}{1417}$)

Papyri 1479 et 1417 unius voluminis partes sunt, quarum una superiores paginarum partes exhibet, altera inferiores. Papyrus 1479 anno 1804 evoluta est, papyrus 1417 anno 1808

Versuum numerus in singulis columnis fuit 32 fere vel 33. Librarius unus totum librum exaravit.

Incuria veterum delineatorum factum est ut in tabulas hanc papyrum continentes, et inde in Apographum Oxoniense, fragmentum ad papyrum 1431 pertinens irreperet. Apographum Neapolitanum contra illius erroris expers est. Primo enin obtutu dignosci potest quantum pagellae huius fragmenti ab aliis alienae sint: ambitus versuum angustior, normae orthographicae aliae, scriptura non plane eadem.

Apographa: Oxoniense (solam papyrum 1479 expressit delineator), editum in Oxford Photogr. VI 1245—1268.
Neapolitanum, editum in Voluminum Herculanensium Collectione Altera VI 37—54.

Hoc volumen Carolus Rosini edere in animo habebat, ut patet ex illius commentario in librum Epicuri XI *περὶ φύσεως*, in secundo Voluminum Herculanensium Collectionis Prioris adposito (1809).

Locorum quorundam huius libri mentionem fecit Theodorus Gomperz in Zeitschrift für Österreichische Gymnasien 1867 p. 210 et p. 670; uberiora specimina dedit in Sitzungsberichte der phil.-hist. Klasse der kais. Wien. Akad. der Wissenschaften (LXXXIII) p. 91sq, tum Hermannus Usener, in Epicureis, duos alios locos tetigit (p. 128, 22 et p. 345, 22), ambo solo fundamento apographorum nisi (Usener solo Neapolitano). Editionem totius libelli, spuria quoque fragmenta congerens, comparare Achilles Cosattini in Hermes XXIX (1894) p. 1 sqq. studuit. Bona quaedam, quae non cuivis occurrerent, invenit, neque iusta laude defraudandus animosus iuvenis, nimis viribus suis confisus. Saepissime tamen bonas apographorum lectiones temere corrupit, utilia quaedam ad nexum sententiarum recuperandum ut prorsus inutilia neglexit, normas orthographicas librarii plerumque contempsit. Quid? quod, occasione oblata, papyrum ipsam Neapoli vidit sed non contulit, monitumque Hermanni Usener non curans, editionem solis Apographis Oxoniensi et Neapolitano innixus proponere ausus est! Mitto typothetarum menda fastidiosissima, mitto ieiunas explanationes editioni praepositas! Aegre dolendum est Iohanem de Arnim, in hac provincia administranda felicissimum, cui Hermae editores curam plagulas a Cosattini comparatas emendandi mandaverint, tam infido fundamento inniti debuisse (hoc minime eum fugiebat!) et maxime mirandum est quod nihilominus vera aut vero proxima saepissime invenerit.

II
SCRIPTOR EPICUREUS INCERTUS
(Papyrus Herc. 176)

Papyrus anno 1806 evoluta est. Supererant fragmenta tria, ex compluribus plagulis conglutinata, ad farraginem priorum voluminis foliorum pertinentia. Ex his fragmentis anno 1844 recuperatae sunt 33 delineationes (ex quibus tres hodie sunt deperditae). Non parem tamen difficillimo labori semper se praestitit delineator Neapolitanus, ut felici casu demonstrari potest. Delineator ut inferiores plagulas horum fragmentorum legeret continuo omnes usque ad ultimas delebat, memoriam harum reliquiarum unice suis delineationibus mandans. — Bene novit versus septem priores *Fr. 23 per se stare et recte plerumque litteras reddidit:

]τοη τεθεωρηκότ̲[
]ούτων (?) τὴν ἀποδ[
πε]ποημένους εν[
]λ̲ικραιοντων (sic!) ε[
Π]υθοκλῆς ἐστιν̲[
]εσμεν[— — — —
— — — —]καὶ [— —
. . . .

Misere tamen in *Fr. 11 reliquias duarum columnarum commiscuit

— — — —]ο λήκυθος [. .
— — — —]ς_παρ’ ὑμῖν ει

— — — —] *τηλικοῦτο*
— — — —]*ω̣ι ὑπὲρ τὰ θεῖ-*
— — —]*ων βίος τὴν*
— — — — —] *εἴληφεν ἐπι*
— — — — — —]*τοι ὥστε καὶ*
— — —]*τος τι Πυθοκλε-*
— — —]*ν ἡμῖν δοκουν*
— — — —]*εων ενιαι* (sic!)
— — — —] *τὴν φύσιν*
— — — — —]*μεν καὶ* (?)
. . . .

Ut sanum iudicium in priore delineatione conficienda, ita fraudem alterius declarat fragmentum (Fr. 1 a et b) adhuc servatum (idemque ex duobus plagulis conglutinatum), quod huc apponere licet:

Fr. 1 a)]*το*[.] *τεθεω*[
]|*α*|*των τὴν ἀ*[
πε]*ποημένους εν*[
]*οἰκίαι ὄντων* [
Π]*υθοκλῆς ἐστιν*[
]*κ̣εσμεν* [. . . .]*ν*[
— — — — — — —

Fr. 1 b)]*τι Πυθοκλε*[.]
]*μῖν δοκουν*
]*ων εἶναι*
τ]*ὴν φύσιν*
]*μεν*[.]*ν*-

Sed nullo pacto fraudes in ceteris delineationibus horum fragmentorum dignoscere valemus — Hoc maxime dolendum est, cum sciamus quanti pretii sit priores voluminis partes recuperari posse.

Papyrus a duobus librariis est exarata, altera manus excipit priorem in col. XIV fr. 5. Ambitus columnarum idem est ambobus; cum tamen prior manus crassior, altera tenuior sit, columnae ab uno librario depictae 31, ab altero 36 versus capiunt, singulique versus a priore librario exarati 17 litteras circiter (paullo crescunt in columnis X—XII fr. 5), ab altero 22 litteras fere capiunt.

Apographa: Oxoniense (Photogr. I 64—85).
Neapolitanum (ineditum).

Locos quosdam huius scripti restituerunt Theodorus Gomperz et Guilelmus Crönert (cfr. Apparatum)

PHILODEMUS, *περὶ Ἐπικούρου* Lib. II
(Papyrus Herc. 1289)

Papyrus evoluta est anno 1806; voluminis tantum pars superior servatur. Unus librarius totam papyrum exaravit.

Apographa: Oxoniense (Photogr. V 20—26).
Neapolitanum (ineditum).

Quaedam, coram papyro, delibavit Guilelmus Crönert in Rhein. Mus. f. Philol. N. F. LVI (1901) p. 616; omnes reliquias Dominicus Bassi in Miscellanea Ceriani (Milano, Hoepli 1910) p. 523 sqq. composuit. Quam parum Bassi ad hunc laborem sufficeret in Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei XIX (1910) pp. 281 sqq. luculenter monstravi. Locum huius scripti (= Fr. 6 col. IV), meis lectionibus usus, in Rivista Fil. Class. 1915 p. 534 sqq. pertractavit Hector Bignone; sed tota eius interpretatio a verbo *ἐκπνεῖν* in l. 14 restituto pendet, quod hodie aliter legendum videtur.

PHILODEMUS, *περὶ Ἐπικούρου*
(Papyrus Herc. 1232)

Papyrus evoluta est anno 1804. Huius papyri fragmenta 1—5 integri voluminis sunt partes; fragmenta 6—9 contra solam superiorem partem voluminis praebent. Unus librarius totam papyrum exaravit.
Apographa: Oxoniense (Photogr. V 14—19).
Neapolitanum (Collectio Altera VI 106—111).

Reliquias huius scripti Dominicus Bassi edidit (in Miscellanea Ceriani p. 516 sqq.), nec feliciorem quam in superiore se praestitit. Quid tamen ex his reliquiis percipi possit, praesertim in Atti della R. Accademia delle Scienze di Torino, XLVIII (1911) p. 101 sqq. monstravi. Bene autem de his reliquiis meritus est Hector Bignone in Rivista Fil. Class. 1915 p. 530 sqq. et p. 538 sqq.

III
POLYSTRATUS, Liber Incertus
(Papyrus Herc. 346)

Papyrus evoluta est anno 1809. Volumen in duas partes diffractum. Librarius unus papyrum exaravit.
Apographum: Neapolitanum (ineditum).

Editionem huius scripti in Riv. Fil. Class. 1907 p. 283, pro viribus suis Dominicus Bassi parare studuit. Quaedam recte legit et supplevit in Col. X, in ceteris nihil nisi inutilem farraginem literarum et verborum congerens. De commentario tacere praestat. Unum locum papyri tetigerat Crönert in Rhein. Mus. f. Philol. N. F. LVI (1901) p. 625.

EXPLICATIO SIGNORUM ET COMPENDIORUM

P	= Papyrus Herculanensis
O vel apogr. *O*	= apographum Oxoniense
N vel apogr. *N*	= apographum Neapolitanum
(*)	= apographum manu mea confectum
(*aa*)	= litterae in apographo Oxoniensi servatae
|*aa*|	= litterae in apographo Neapolitano servatae
((*aa*))	= litterae in ambobus apographis (*O* et *N*) servatae
[*aa*]	= litterae evanidae vel lacuna haustae coniectura suppletae
⟨*aa*⟩	= litterae a librario falso scriptae, coniectura recuperatae
«*aa*»	= litterae a librario omissae et ab editore suppletae; litterae a librario omissae, ab eoque vel a correctore supra lineam additae in apparatu enotantur
[[*aa*]]	= litterae a librario falso additae
[[*ȧȧ*]]	= litterae a librario falso additae ab eoque vel a correctore expunctae
⟨	= signum ad explendam lineam a librario adhibitum
ạạ	= litterae incertae
a̲a̲	= litterae partim servatae, sed lectu certae
[*a̲a̲*]	= litterae partim servatae, sed lectu minus certae
[*ạạ*]	= litterae valde incertae
[. . .]	= litterae lacuna haustae aut evanidae
[?]	= lacuna unius litterae parum certa
— — —	= ambitus lacunarum ubi numerus litterarum amissarum certo vel probabiliter definiri non potest

Spatia vel unius litterae, vel binarum vel ternarum ad interpunctionem indicandam a librario vacua relicta totidem stellulis indicantur

Paragraphos, capitis clausulas, coronides, ut potui, tipographice repraesentavi

Ar	= Arnim
Bi	= Bignone
Co	= Cosattini
Cr	= Crönert
Go	= Gomperz
Phi	= Philippson
Us	= Usener
Us in Gloss	= Usener in Glossario Epicureo inedito Bonnae servato
Vi	= Vitelli
Wi	= Wilamowitz

Supplementa, ubi nulla nota in Apparatu additur, sunt mea (supplementorum, quae per se pateant, auctoris nomen non addidi)

I

EPICVRI

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ

LIBER XXVIII

Fr. 1 col. I
(O, N)

. . . . .] τόδε τι τὸ περὶ[. . . .
. . . . .] εἶναι καὶ μὴ ἐν οἷς
τῶν[. . .]εν[. .]ụσ̣αμẹ[τ̣. . .
. .] καὶ οὐ δογμάτωμ φαν-
ταστικῶν, τῶμ μέντοι οὐ
φανταστικῶν καὶ «λογικῶν?» δογμά-
τ̲ω̲ν̲· οὐ [μ]ὴν ἀλλ' ἕτẹρά γ' ἂν
τινα δη[λο]νό[τ]ι εἶ[π̣αν ἐ]κῖνοι,
εἰ μὴ ἐγὼ προήνεν̣[κα? ——
ἐπ' ἄλλα τ[ι]ṇὰ ἃ [κ̣]ἂν [κομί-
ζοι ε[ἰς] τὰς ἀ[πα]γωγὰς [——
.]ατα[————————————
. . . .

Fr. 1 col. II
(O, N)

κενὸμ μηδὲν ἧττον εἶνα[ί
γ̲έ̲ τ[ι] φήσωμεν κενόν. του
. . .]ηδη φ[. . . . .]ου ἡμ[ῖ]ṿ λέ-
γ[οντος? . . . . .]οθ' εὑρέθ̲η̲ ὃ[ν
τ[οι]οῦτον ο[. . .]ω̣ν ἐδοξάζο-
μεν ἐṿ[. . . . . .]ς οὐ φα[ν]τα-
σ. . . . .]ι ἀλλ' ἐπ' αὐ-
του[. . . . .]ατα τ̣|ο̣|[———
γ[. . . . .]ος προ̣[———
—————————]ας πλ̲[———
——————————]τ[—————
—————————] ἕτερα[———
———————ἐπαγ]ω[γ]ῆς κα[—
——————————————]θι[—
———————προσνε]μομένης
τοῖς κριτηρίοις] τῆς προ-
λήψεως (?)———]δη[—————
—————————]γα[—————
—————————]νθε(ν) φα[———
. . . .

Fr. 1 col. I 4 init. σις (sottop.) 7 ΤΩΝ** 9 προηνεγ non potest legi

Fr. 1 col. II initium Ph ita supplet *οὐ γὰρ ἐναντία λέγομεν, ἂν ἀρνούμενοι βλέπεσθαι τὸ] κενὸμ* 2 ΚΕΝΟΝ** 3 secundae litterae superest pars hastae ima (Υ, Ρ, Τ?); post Φ fort. Ω; ante ΟΥ vel Κ vel Χ 15—17 Ph 19 expectaveris]νθεμφα[—

Fr. 1 col. III (O, N)

. . .] φύσις ἐνταῦθα κατά γε
τὴν] δόξ[αν τ]ὴν [τούτ]ου πε-
ρὶ τοῦ κ]ενοῦ καὶ ἅ[μ]α καὶ πό-
ρος κἀν]ταῦθα τὸ κενόν. οὗ-
τος ο]ὖν καὶ τ[ο](ῦτο) [ποι]εῖται
ἐκ]ίναις τ[αῖ](ς λέξ)[εσιν], ἃς ἐν
τῶ]ι περ[ὶ τῶμ] (πρώ)[τογ] γιγνω-
σκό]ντω[ν αὐ](τοὺς γέγρ)αφε.
οἱ δ]ε̣]τάδ' ἀν(αλαβόντ)ες αὐ-
τοῦ τ]ὸ [β]υβλίον (ἠκρίβ)[ωσαν, περὶ
ὧν ἡδέ]ω̲[ς ἡμ](εῖς) [. . . .]α̲τε-
. . .]μ̲ε[ν] καὶ μακρο[τέρ]ως ἂν
λόγ[ους ποι]οίμεθ[α, εἰ ——
παν[———————]οιμεν[.]ουτο
επι[—————————κ|α|[. .]ου
——————————————————]ν
——————————————————]ω̲ν
. . . .

Fr. 1 col. IV (O, N)

κ̲αὶ πά[ν]τ[ων τῶν ὀ]νομάτω[ν
μετα[βολή· ὀ]λ̲ίγα γὰρ [ἔ]ξ[ε-
στιν τῶ[ι κατὰ] τὰς̣ [αἰ]σθήσε[ις
ἃ πρότερον [ο]ὕτως [νομίζ]ον-
τες κατὰ [τὸ]ν οὐ φ[αν]ταστι-
κ[ὸν] τρ[όπομ] μετε[θέ]μεθα,
συν[ι]δόντες οὐ [τοι]αῦτα ἔκ
τινος ἐ[π]ιλ[ογ]ισμ̣[ο]ῦ· τὰ δὲ
πλεῖστα τῶ[ν ἐμ π]ερι[λ]ηπτι-
κῶ[ι] τρ̣όπω[ι εἰλημ]μένων [.]ν-
. . . .]η[.]ν[. . . . . . .] τινι
ἢ κ[ατ]ακα[λ]ύψει ὁ̣ χ[ρόνος] ἕτε-
ρον ἢ [ὄ]νομ[α ἢ ῥῆμ]α με-

Fr. 1 col. III haec suspicatur Ph: ὅπου ἂν κίνησις ἦι, ἀνα|φῆς] φύσις 3/4 πόρος Ph 8 αὐτούς? 11 Ph

Fr. 1 col. IV initium Ph hoc modo supplet τὰ πλεῖστα οὖν ἁμαρτήματα ἀποδοτέα ἐστὶ τῶι κακῶι τῶν λέξεων τρόπωι κ. π. τ. ὀνομάτων μεταβολῆι 3 τῶι κ. τ. αἰσθή. scil. τρόπωι 6 τρόπομ Co μετεθέμεθα Ar 10—11 ἀνίστη ex. c. Ph: amplior lacuna 11 ἀνατροπῆι Ph 13 πρᾶγμα spatium non capit

ταβ]ἀλ[λων——————————]ειν
οἱ πολλοὶ τὰς[————————ἐ
πιτελ[———————————————
μενου[———————————————
γὰρ ι[———————————————
. . . .

Fr. 2 (O, N)

——————]τει|ν|——————————
——————]χε[. . .]θαι κατ[——
—————————] πάντα [————
—————————]μ πραγμ[———
—————]να[. . . .]μπε[. .]υνα
. . . . . .] τ[ῶμ π]ραγματικῶν
θε]ωρημ[άτω]ν ἐνδ[εί]ξει καὶ
σὺ]μ περι[. . .]ημ[——————
τῆς δόξη[ς———————————
τα τοῖς πραγ[μα——————
. . . . . .]σε[.]ει[———————
εἰς τοῦτο ἐμ[β]αλλούσης
ὑπολήψεως. ὄντων δ᾽ [οὖ]ν
τοιούτων οἱο[νὶ] τούτων
κατὰ τὴν [σχ]έσιμ π[ρῶ]τον
τῶν εἰκ[ό]τ[ων] εὐκαιρ[. . . .
τῆι ἐπαγωγ[ῆι. . . . . .]((ω))
τῆς πραγματ[ικ]ῆς [. . .]τει
———————]νη((σ))[. . . . . . .]σ
. . . .

Fr. 2 13 ΩC** 17 in fine .ΙΠ\. . .Ω apogr. *O*; . .ΓΝ. . .Ω apogr. *N* 18 *πραγματικῆς* (fors. *ἐπαγωγῆς*) Us in Gloss. 16—18 in margine dextro, delineatio Oxoniensis hoc praebet fragmentum TA.NC | .N. . .| ΝΑΦΟ. | .OM. . .| ad hanc columnam — ut videtur — non pertinens.

Fr. 3 col. I (N)

α[ἰσ]θήσεων ὀξυδερκίας η
——————————]σεναπ[.
. .]ṭ[.]μμινον[. . . .] κατ[α]κα-
|λύ|ψεσιṿ ẹ̓ξα[————————
ἐκ τ[ῶ]μ φα[ι]νομένω|ν| [ἅπα-
σιν ἀν[θ]ρώποις τὸ δηλ[ο̱ύμε]ṿον
[[μενον]] «ἐξ» ἀ[ν]α̱λογίσματ[ός] τινο[ς,
ὅθεν κατ̱[ὰ]τ̱ὸν τοιο̱[ῦ]τον τρό-
πον τὰ φαιν[όμενα ——————
ἐπὶ τῶν αὐ[τῶν ἀρχῶν κ]αὶ
ἐπὶ τ[ῶν——————————
τ[——————————]δ[————
δ[——————————————
. . . .

Fr. 3 col. II (O, N)

ἰδιότητιτος τῶν σοφῶι καὶ μὴ
σοφῶι διε[ίρξ]εις οὐδὲμ [π]αρ[α-
βάλλων [τῶμ πε]ρὶ τῶν οὐκ ἐ-
πιμ[α]ρτυρ̱ή̱σεων κα[ὶ ἀν]τι-
μαρτυρήσεων. ἔτι δ᾽ οὐδ[έ
τινα τῶν ὀνομάτων εὐ-
θὺς διὰ τῆς αὐτῆς λέξεως
καὶ τὴν κατ᾽ αὐτὰς τὰς αἰ-
σθήσεις πλάνην τῶμ [πρ]α-
γμάτων ὑ]|πο|[σ]ημαίνων, οὐ μό-
ν[ον] τὴν ἔν[νοιαν, οὐδὲ δι-
ὰ τῆς ἐντεύ[ξεως ἀσφαλῆ
παρ[έθηκα——————————
. . . .

Fr. 3 col. I initium hoc modo reficit Ph *δεόμεθα μόνον τῆς τῶν] αἰσθήσεων* 3 . . H̱M̱.H̱Ṉ.Ṉ apogr. *N* 10 *ἀρχῶν* Ph

Fr. 3 col. II init.: *οὐδὲ τὸ ψεῦδος διὰ τῆς] ἰδιότητιτος* Ph 2 *διείρξεις* Co 5 ωN* 11 *ἔννοιαν* Ph 12 *ἀσφαλῆ* Ph

Fr. 3 col. IV (O, N)

συλλογιζόμεθα ου μ[...
κεις ἧττο|ν̣| [ἢ.....]θ[εί-
ης αὐτὸ [τὸ πρὶν] λεγόμε-
νον. οὐκ ἔχει ο[ὖ]ν̲ οὐδὲ τοῦ-
το τ[ὸ]|ν̣| [χα]ρα[κ]τῆρα κα[ὶ
ἄν τ̣ις λανθάν[ηι α]ὑτὸν
ἐ]ναντι[ο]λογῶν, ὥσπερ
καὶ ἐπὶ τοῦ ση[μίου ἔ]λεγον,
ἐκῖνο δε[———————]ως οὐ
βο̣[————————————————
σθαι τι[——————————————
πα[————————————————
. . . .

Fr. 4 col. III (O, N)

εἶ]|ναι ἐπὶ πλείω σ[υντελ]οῦν
ὧ̲ι̲ αὐτοὶ βουλόμ[εθα,]ἑ̣[κά]σ̣-
τοτε [τα]ὐτό τι διανοούμε-
νοι ἐλέγομεν κατὰ [τ]ὴν [ἐ]κ-
κειμένην ἑρμηνίαν τῶι
ὅτι πᾶσα ἡ ἁμ[α]ρτία [ἐ]στὶν
τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν ἕτε-
ρον ἔχουσα σχῆμα ἢ τ[ὸ] ἐπὶ
τῶμ πρ[ο]λ̲ήψεων γιγν̲[ό-
μενον καὶ τῶμ φαιν̲[ομ]έν̲[ων
διὰ τοὺς πολυτρόπου[ς ἐθι-
σμοὺς τῶν λέξεων κα[.]ιαιπε
. . .]ψενδ[.]αυ̣ιτ̣[.]τ̣ληδεδι[..]ε[.]τισυν
——————]πολ[————————]υτα
————————]σειε τ[—————]αν[——
——————]ει οὐδ' α[———————
—————]δει[ξ]ας ει[————————
δητ[————————————————

* * *

Fr. 3 col. IV 2 ἧττον̣ [ἢ κἂν προσ]θ[εί- Ph 3 Ph 4 NON* 8 Us in Gloss

Fr. 4 col. III praecessit velut ἵνα δὲ τὸ ὑφ' ἡμῶν ἐκεῖ προφερόμενον δοκοίη εἶ- (Ph) 1 συνεργοῦν? 11 ἐθισμούς Go 12 ΚΑ.ΑΙΠΕ *P* κακίαι? 13 versus turbatus (sottoposti!)

Fr. 5 col. I (O, N)

τω[. . . . .]((μο))[. . .
οἴ[σ]ειν [. . . . . .ο]ὐδεὶ[ς
ἐπέπιπ[τε . . . ο]ὗτος τού-
τοις τά[δ'] ἔλεγε, ὦ Μητρόδ[ω-
ρε. ἀλλ[ὰ] μὰ Δία τῶμ μὲν
καθ' [ἕ]κα[στ]α οὐκ ἂν φήσαι-
μ[εν οἷόν] τέ γε συλλογισμὸν ἐ-
φ' ὧι λαμβά]νομέν τ[ι] εἰδέναι.
διὸ τὸν Κανόνα(?) συ]νθεὶς τότε
——————————————ἐξέ]τεινα
—————————————— -]ὡσαύτως
——————————————]ωναν[. .
—————————— ————]οτι
——————————————]λέξεις
——————————————]αν χρω-
—————————————— ——]μενωι

* * *

——————————————]ται
—————— αὐτό]ματον απα[.
——————————οὐκ ἂν μὴ] τη-
ρῶν τὸ]|ν ἐ|θισ[μόν, τῶι ο]ἰκείω[ι
συνε]πιφέρ[ωμ προστ]υχές
τι], |δ|ῆλομ ποιώιης |τ|ὸ πάν-
|τα| φθόγγον ἐπιφέροντα
|δοξ|άζειν τόδε τι κ[αὶ] τὴν
|τῶν ὀν|ομάτ[ω]ν κ[αὶ π]ραγμά-

Fr. 5 col. I 5 ΡΕ* 9 Ph
8—7 inf. Ph 7—6 τηρῶν Ph

Fr. 5 col. II (O, N)

((τω̣[ν ἰ]))δ̣ι[ότητ' οὐ]κ ἂ[ν λέγ]ωμ
((περ̣[ιποι]))ώιης. κα[ὶ ὡς] ἔβλε-
((πον ⟨ὤ⟩[ι]))ον, ποιήσα(ς) διάφο-
((ρα τά[δ]))ε ἢ τάδ⟨ε⟩ ((εἶν))αι, λέγειν
((τάδ' ἑ[ξ]))ῆς αἱρεῖσθ((αι τ))[ῶι] δ[ὴ]
((βελ[τίο]))ν' εἶναι ἢ τά((δ))ε, ἀλλ' ὀ-
((νόμασ))ιν οἷς δήποτ((ε χ))ρώ-
((με[ν]ο))ν οἷόν τε φ[ή]σας [εἶ]ναι
λέγει]ν τὰ πρ[άγ]ματα, πά-
λιν ἀπε]δικνύου ἡμῖν τε τοῖς
τῆς———]μετεσχηκόσιμ
πείρας καὶ οἷς οἰ]κειότερόν ἐστ[ιν
———————]οι[———————
τι[————————————φ]ημ[ι
δε[————————]ιόδε τ[ι] λέγε[ι
ἀλ[————————]ι τὸ [αἴ]τιο[ν
κ[———————————]τα[.]τε[. .

* * *

(N)

—————————] τὸ σχῆμα
. . . .] ἀνα[λ]ογισμοῦ του
. .]|ι|α[. .]τ[. . .]|ι|αστο Πρατ|ί|-
να]ς [[τοτε]] νῦν συνορῶ τότε
δ̣' οὔ. καὶ τοὺς κατὰ μέρος δὲ
πιεσμοὺς τοῦ ὀρθῶς ἕκαστα
λέγεσθαι περὶ τοῦτο τὸ εἶδος
νῦν συνορῶ[[ι]] τότε δ' οὔ, καὶ

Fr. 5 col. II 1 Ph 3 Ο[.] apogr. *O, N* 4 ΔΙ *P* 2 ωΙΗϹ* 5 ἑξῆς Ar
9 λέγειν Ph 10 ἀπε- Co Ph
8 inf. 6—5 Πρατίνας [[τότε]] Ph

Fr. 5 col. III (O, N)

οὐ [σ]υστατο[ῦ]ντ[α] πρὸς αὐτά
π[ο]τ̣' ἀπορήσας ποι[κί]λως νῦν
ἐπι[β]λέπω, ὡς ἐγῷιμαι. ((ἐπε))[ὶ
καὶ τὸ λεγόμενόμ ποτ' [ἦν ὅτι
ταῖς αὐταῖς αἱρέσ̣ε̣σ̣ι̣ ι[ῶ](μ φω)-
νῶ[ν] κ̣α̣τὰ τὴν διδ̣[α](σκαλίαν)
χρή[σ]αιτό τις ἄν, εἴπ(ερ ταῦτ' α)[ἰ-
εὶ μὲμ βλέπ[οι] ἐκ (το[ῦ α]ὐτοῦ ε)[ἴ-
δ̣]ους [ὄντ'] ἢ μὴ π(ολὺ παρηλ)[λα-
γ]μένα«ι»ς φύσεσιν̲ (περιπέσοι.) [ἔτι
δ' ὅτι ο[ὐ̲] κατὰ τ(ὰ πρ[ά̲]γματα)
. . . . .] ο[ὐ] πολ(ὺ παρηλλα̅)-
γμένη]ι ἐκείνη[ς̣. . . . .
. . . .]αν[ι̣]σο[— — — — — — — — —
. . . . .]α[. . . . .]ου[— — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — —]α[— — — — —
— — — — — — — —]το[— — — — — — —

* * *

(N)

|σιν|[— — — — — — — — —]ο[— —
.|ασ̣|[— — — — — — — —]ποτε[—
δεῖν δὲ τὰ ὀν]όματι [συμ-
πίπτοντ' [ἀλλήλ]οις πέπει-
σμαι δια|λ|έγει[ν], ὡς διηρου-
με|ν|, ὥσ[περ εἴρη]|τ|ο, καὶ οὐ κα-
θάπερ τι|νὲς ἂ|ν ἐγ|δέξ̣αιν|-
το· [ἀ]λλὰ γὰρ π|⟨ῶ⟩ς οὐ|κ εὔκαι|ρόν|

Fr. 5 col. III 3 ΜΑΙ* 4 ἦν ὅτι Wil 9 ὄντ(α) Wil ἔτι Wil 12—16: huc revocandum fragmentum margini delineationis Oxoniensis appositum: . . ΚΜΑ|. . . ΑΤΙΘΗϹΙ |— —|— —| Φ sed collocatio incerta 3 inf. ὥς τε mavult Ph 1 inf. ΤΟ** Π[.]ΟϹ apogr. *N*

Fr. 5 col. IV (O, N) ἐστ[ι ταῦ]τ[α] προφέροντα μηκύνει[ν; κ]αὶ μάλ' ὀρθῶς [γε, ὦ Μητρόδωρε· πάνυ γὰρ οἶμαί σε πολλὰ ἂν ἔχειμ πρ(οε[ν])έγκασθαι, ἃ ἐθε[ώρ]εις [γ]ελ(οίως) τι[νὰς] ἐγδεξαμένου(ς καὶ [πάν])τ[α] μᾶλλον ἢ τὸ νοούμενον κατὰ τὰς λέξεις, οὐκ ἔξω τῶν ε]ἰθισμένων λέξεων ἡμῶν χρ[ω]μένων οὐδὲ μετατιθέντων ὀνόματα ἐπὶ τῶμ φανερ]ῶν. καταγέλαστογ γὰρ δή] τι καὶ τοῦτ' ἐστιν, ὅταμ μὲγ γρά]ψω[σί που τ]ὸ[ν συγκεκαλυμ]μένομ, μ[ωρό]τερο[ν δὲ π]ά[ντα] τα[ῦτα σοφίσματα συνά[γει]ν [————————————
δ[————————————

* * *

(N) εἰς γέλωτα πεσ]εῖται |τό|[δε, ἂν————τοιαῦ]τα τύ|χω|[σι————συλλ]|εγ|[όμεν]ο[ι], ἀλ|λ' ο|[ὐ μόνον διὰ] |μ⟨ε⟩|ταφορὰς |ποι|[άς, ἃς ἐπῆγο]|ν ἐπὶ τ|ὰ ἄγνωστ' α]|ὐ[τῶν ἀπ' ἀγν]ώ|στων, ἀλ|λὰ δι|ὰ |[τ]ὰς αὐ[τ]ῶμ| πλάνας, |ἃς| λέ|[γο]μεν ἐν το[ῖ]|ς Περὶ Ἀμφ]ιβ|ολία|ς ἡμ⟨ῖ⟩ν ἀνα|γεγραμ-

Fr. 5 col. IV 2 fuerat ΚΥΝΕΙ[Ν* 12 ΡΩΝ** 15 δὲ Ph 16 Ph 9—8 inf. Ph 6 ΜΗ apogr. *N* 2—1 Περὶ Ἀμφιβολίας liber aliunde ignotus cfr. Usener Epicurea, 345, 28 1 ΜΕΝ apogr. *N* an ἡμεῖν?

Fr. 5 col. V (O, N) -μένοις. ἀλλὰ γὰρ τ[ί] τούτων ἡμῖν τῶν ἀ[νθ]ρώπων; πολλαχοῦ γὰρ διώρισται μέχρι πόσου φ[ρ]οντιστέον αὐτῶν, ἅς π[ο]τ᾽ ἂν ἔχωσι καθ᾽ ἡμῶν δόξας, καὶ μέχρι π[όσ]ου τε καὶ ἐμ ποί[ωι λόγον οὐδένα ἑκτέον· αἰεὶ] δὲ τῶν εὐπαγῶν ἕνεκα πρὸς (εὐδ)αιμονίαν καὶ τῶν κατα(σκε)[υ]αζομένων τοὺς λόγους π[οιη]τ̣έον· ἐπειδὴ γὰ]ρ φέρε[ι τινὰ δια]τριβ[ὴ]ν τὸ διημαρτημένογ] γιγν[ομένου ψευδοῦς λογι]σμ[οῦ [διακρίνειν]

* * *

[λέγων δὲ τὸ ψεῦδος]

(N) ἐν ταῖς] |δό|[ξα]|ις| [ὑπάρχειν ἐκῖνο ἔγωγε πολλάκις ἐνενοούμην, [ὥς] ποτ[ε ἐ]μ̣οῦ προφέροντος ἀπορήμ[α]τα, ἅ τις ἂμ πρὸς ἡμᾶς ἐ[κεῖθ]εν ἀποδιδ]ώιη ὃ ἐκ τῶν [λέ]ξεων συνορῶ[ν, ὥ]ς ταὐτὸ σ[υ]νέβαινε μελε[τᾶν] ἐπὶ τῆς γραφῆς, πολλο[ῖ]ς ἂν ἴσως δόξειε τότε μὲν ἤτοι κατὰ τὸν ἐπι-

Fr. 5 col. V 1 ΜΕΝΟΙϹ* 14—16 Ph 11—10 inf. λέγων — ὑπάρχειν Ph

Fr. 5 col. VI (O, N)

βλητικὸν τρόπον ἢ περιλη-
πτικ[ῶ]ς ἢ φανταστικ[ῶς] ἢ
δ[ι]ὰ λόγου δὴ θεωρητικῶ(ς)
ψευδὴς ὑποτετάχθα(ι ταῖ)[ς
λέ[ξ]ε[σιν] ἐκίναις δόξα ἤ(τοι)
κατὰ τὸν οὐκ ἐπιβλ[ητ](ικὸμ)
μὲν ο[ὐ]δὲ [κα]τ[ὰ] μίαν (τῶν ἐκ)-
κειμένων ἰδεῶν, ἐξ ἑ[α](υ̣τοῦ)
δὲ μόνον κινητικόν. (νῦν)
δὲ τῆς ἑρ(μ)ηνία[ς] ἐφαρμ[ο]τ-
τούσης καὶ ἐπ' ἄλλ' ἄττα ἐ(πα)-
γωγή τις ἐκ τῆς διαστο(λῆς)
γίγνε[τ]αι εἰς τἀληθές. ἀ(λ)-
λ' ὅμως οἱ μηδέποτε μη-
δ]εμι[ᾶ]ς πω μηδὲ [π]επειρασ-
μένοι], πρὸς οὓς †θαι̣σοι† ταῦ-
τα, τ]ῆς ὑποψίας ἄλληι [οὐκ
[ἂν ἀπαλλαγεῖεν·]

* * *

[οὐ γὰρ τοῦτο δῆλον μᾶλ]-
(N) λ]ογ γίγνεσ[θαι οἶμαι] τ[ῶι
μ̣ὴ φανερὸμ ποιοῦντι, π[ῶς
κ̣α[ὶ] ἔπ̲[ρ]αττέ τις τουτι̣ ἢ οὐ[κ] ⟨ἔπρατ⟩τεν ἧπερ ἡνίκα
οὐκ ἦν ἡ διάληψις ἀναλογι-
στ[ι]κή, ὡς τῶιδέ τινι λέγει τοῦ-
τ[ο], τὸ ἐναντίον [ἐ]δοξάζετο·
ἐπὶ γὰρ δὴ τῶν τοιούτω[ν] οὐ-
χ̲ὶ μόνων ἂν ὑποπτεύσα[ι-
ε]ν τόγ γ' ἀστῖομ, μήποτε ἐ-
ναντί' ὧν ἔμπροσθε ἐδοξάζε-

Fr. 5 col. VI 13 ΘΕϹ** 16 θαρσῶ emendandum? 17 οὐκ Ph 11—10 inf. ΤΕΤΙϹΤΟΥΤΙ̣ΗΟΥ[?] Ph 8 inf. ΕΠ̲.ΑΤΤΕΝΗΠΕΡΗΝΙΚΑ *P* rest. Ph

Fr. 5 col. VII (O, N)

το ἢ ὅλ(ως) [. . . . . .]ερον [ὑ]πελαμ-
βάνετ' [ἐκ τ](ῶν ἀ)[ντ]ικειμ[έν]ων,
ἐπεὶ οὐχὶ γ[νωσ]τῶν οὐδ' ἐπι-
βλητικὴν (?) ο̣[. . ἐδεί]ξαμεν ὧι
δήποτε τρόπωι. εἰς τοῦτον
οὖ]ν δή φημι τὸν ὅρον ἀπο-
βλέψαι, ἂν ταῖς δ]όξα⟨ις⟩ τὸν ἐπι-
λογισμὸν [ὑγι]ῆ προστεθη-
κότες ἦιμεν (sic)· οὐ γὰρ πᾶσαν, οἶ-
μαι, εὐθὺ[ς ἔ]στι δόξαν καὶ εἰς ἐ-
πιλογισμὸν ἄγειν, ἀλλ' ἱκανόν,
ἂν δύναμίν τις ἔχει [[μ]] μό-
νον τῆς ἐπιλογίσε((ω))[ς, α]ἱ̣ρήσε- (?)
τ]α|ι, ὅταν [ὁ] καιρὸ[ς. . . .] δῶι
καθ](α)((ρ))ὰν [ἐ]πιλ̣[όγισιν . .]τως
. . .] ταύτης [. . . . .]ιωι
. . . .]((ωι))[— — — — — — — — —

* * *

[ὁ δὲ
[ἐπιλογισμὸς εἰς γνῶσιν τῶν ἀφα]-
(N) νῶ]|ν κέχρη[ται] τ|[ῆι ἐναρ]γεῖ κτή-
σει], |καὶ οὐδὲν ἧττον ὑ|πὸ τὴμ
|φυγὴν ἢ αἵρεσιν [καὶ]| ταύτην
α̲]γ|όμενος τε|[ύ]ξε|τ|αι τοῦ ὀρ-
|θοῦ. ὅσαι δὲ μὴ| πε|ρὶ π|ράξεων
|εἰσὶν τῶν δοξ⟨ῶ⟩ν, λέ|γω δὲ τῶν
|οὐκ ἐπιβλητικῶν, ἀλ[λ' ἐ]|κ τοῦ
|θεωρητικοῦ μ|έρους, [[ω̲ς]] ὡσαύ-
|τ⟨ως⟩ ἁλώσον|ται ἁμ̲[αρτάνου-
|⟨σα⟩ι καὶ ἡ| [ἐπιλόγισι|⟨ς σ⟩υν|[ανά-

Fr. 5 col. VII 4 ΚΗΝΟ/ *P* ἀπεδείξαμεν suppleverat Ar 5 ΤΡΟΠΩΙ* 7 ἂν Co ΞΑΗ *P* corr. Co 8 ex. gr. Wil 11 ἱκανόν scil. ἐπιλογισμόν 12 ἔχει = ἔχῃ Philippson frustula duo in margine delineationis Oxon. servata ll. 17—20 vindicat eademque ingeniose componit vide Adnotata 6 inf. ΘΟΥ** 5 ΔΟΞΑΝ apogr. *N* 2 ΤΝΔΕ apogr. *N* corr. Ar 2/1 ἁμαρτάνουσαι suppl. et corr. Ar 1 init. Ω̲⁻Ι apogr. *N*; fin. ΩΥΝ apogr. *N*

Fr. 5 col. VIII (O, N) γ].[ι συν]εχῶς τὸ διημαρτημέ[νο]ν ἐ[ν] τῶι ἢ ἄλλο τι κατὰ ταύτας λέγ[ẹσ]θαι τῶν θεωρητικῶ(ν ὅ) οὐκ ἀληθές ἐστιν ἢ [ἣ]ι ἂμ πώρρ[ω](θέμ)ποθεν εἰς πράξεως σ(υνα-)φὴν βαδίζωσιν εἰσάγωσίν τ](έ) τιν' [ἀν](επιτ)ήδιομ πρᾶ(ξι)ν. ἂ(ν δὲ μηδ)ὲν τούτων, (εὐ)[σ]υν(θεώρητο̣)ν ἔσται ὡς οὐ(κ) [ε]ἶσι ψ(ε̣υδεῖς). διὸ καὶ ῥαιδί(ως) ἅπ([α̣]ντες κ)[α]ταγελ[ῶσιν (ὅτ̲)α(ν τις ὁμ)[ολο]γήσαντός τινος μ[η](δ' ἐνδ)[έ]χεσθαι ταὐτὸ ἐπίστ(ασθαί) τε καὶ μὴ ἐπίστασθαι (προφέρ)[ηι] τὸν συγκεκαλυ(μμένομ) [πα]τέρα καὶ τ[ὰ τοι](αῦτα·) [τοῦτ]ο γὰρ οὐ

⁂

[ὅ δ' οὖν πρῶτον ἐπι]-
(N) ὼν] |τῆ[ι ἀγ]νώστει ἐξ| [ἐκίνου αὐτ|οῦ ὁμ[ο]λογίαι ὅμως βλέ|πων ἐφ' |οἷ[ς] ὡμολόγ[ει] τοῦ|το γελᾶι ἐπ[ὶ] |τῶ[ι] σοφίσματι| ὡς οὐ συμπερ|ι|λαβὼν ἐν ἐκίνει τεῖ ἀποκρίσει καὶ τὸ οὕτως ἂν ἐφαρμοσθὲν ἔκ τινος ἐθισμοῦ λέξεως, ὥστε πίπτειν εἰς τὸ λέγειν ἐνδεχόμενον εἶναι τὸ αὐτὸν ẹ[πίσ]τασθαί τε

Fr. 5 col. VIII 8 ἀνεπιτήδιομ Co 11 ΨΕΥΔΕΙΣ** paragraphum servat apogr. O 17 Ar 11 inf. Ph 10 -ών Ph

Fr. 5 col. IX
(O, N)

καὶ μ(ὴ ἐπίστασθα)[ι], οὐ δέον η-
(θ̣)[. . . .] (τοῦ·το)[ιο]ύτου τρό-
που ο)[ὗ] ὁ σοφιστὴς προφέρει.
(διὸ κα)[ὶ οὕτως ἀν]τικειμένως
(ὁμολο)[γ]ήσας [τι]ς ἐξ ἀρχῆς
κα[ὶ ο]ὐ̣κ εὐλα[βού]μενος τοῦ-
το ὥσπερ τι[νὲς τῶ]ν σοφι-
στῶν οὐκ οἴε[ται] πραγμα-
τικὸν ἔλεγχον λαμβάνειν.
καίτ[οι γ]ε οὐκ ἐπ[ε]λελόγιστο
ὅτι πλὴν τῶν τοιούτων
ὧν ὁ σοφιστὴς [πρ]οφ[έ]ρει ἀδύ-
νατόν ἐστι τὸ αὐτὸ ἐπίστα-
σθαί τε καὶ ἀγν[οεῖν], ἀλλ' ὅ-
μοιόν τι ἂν ἔδ[οξ]ε πεπονθέ-
ναι τοῖς μὴ συλλογιζομένοις
τὴν διαφορὰν ὥσπερ ἄν τις
καὶ κα[θό]λου τοῦ[το] ὡμολο-
γηκὼς . . . . . .](ω)μ̣[.]λ[. . . .]αι

* * *

[οὐ γὰρ ὡμολόγησε]
(N) καὶ τὸ] καθ' ἓν ἕκασ[το]ν, ἀλλ' ἐ-
|κίνωι| [γ]ε τῶι τρόπωι ὧι κα-
|θόλου ὁ|μολογεῖται, οὐκ ἐπι-
βάλλοντος τοῦ ὁμολογοῦν-
τος ἐφ' ἓν ἕκαστον τῶμ πρα-
γμάτων, οὐδ' ἐν τούτωι
τῶι τρόπωι τὸ ἐπὶ πάντων
ὁμ[ολογ]ήσαντος ἢ ἀ[ρν]ηθέν-
τος. ἔδοξεν οὖν ἂν δή, φη-

Fr. 5 col. IX 1—2 ἦφθαι Go: amplior lacuna 4 Ph 11 ΟΤΙ *P* 14** ΑΛΛΟ 10 inf. οὐ—9 καὶ τὸ Ph 6 -βαλόντος? 1 ΤΟϹ**

Fr. 5 col. X (O, N)

μί, τῶ[ι μ]ὴ συνο[ρ]ῶντι τὴν
διαφορὰν τούτ[ω]ν ὅμοιόν
(τι π)οιεῖν ἀλλ' οὐ πρ[οσ]μα[ρτυ-
ρεῖ⟨ν⟩ αὐτὸς αὑτῶ[ι· . . . . .
καθόλου τι ὁμολ[ογ]ησε[. .](μ)
μυριάκις μὴ πα[ρ]' ἕκαστ[ο](ν)
ἐπιβλητικῶ[ς] ἀρνηθείη ἐ-
πινευσ[. .] κἂ[ν] τά γ[ε] μή· ἔνθα
μὲγ γὰρ βαδίζει εὐθὺς ἐπὶ
πρᾶ[ξιν] τοιαύτην [οἵ]αν εἰ καὶ
καθ' ἓν ἕκαστον ἐ[πιβ]λητ[ι-
κῶς ὡμολογήκει τοιόν[δ]ε
τι εἶνα[ι ἢ] ἤρνητο ἄμ περ ((εἶ))
πραγματικὴ ἡ δ[ό]ξα, ἔν-
θα δ' οὐ βαδίζει. ὡσαύτως
δὲ καὶ ἐπὶ τῶν θεωρητικῶν·
ἔνθα μέν τι ἀλλοτρίως κα-
τὰ τὸν [ἐ]πιβλητικὸν τρό-
πον τοῦ ἐπιμ[αρτυρ]ηθησο-
[μένου ἢ οὔ, ἤτοι τοῦ ἀντι-]
[μαρτυρηθησομένου ἢ οὔ]

* * *

(N)

|τ⟨ῶ⟩[ι κ]αθ[ό]λου ἀκολο[υθεῖ]μ|
προε]λόμενός τ|ι π|οι|ε|ῖ, |καὶ|
ἧι ἄμ ποτε πρᾶξίς τις αὐ-
τωι συνάπτηται, διήμαρ-
τεν, ἔνθα δ' οὐδὲν τοιοῦτον
ἐποίησεν. οἷς δὴ δεῖ σημ|εί|-
οις χρώμενον συνορᾶν τὴν
διαφοράν, κἂν τοῦτο πράτ-
τωμεν ἐπὶ πάντων τῶν

Apollodorus plane ignotus: erat vel saltem fuerat Epicureus, artius cum Pythocle coniunctus, fortasse illius frater (cfr. XVIII 1 sqq.)

col. XVII l. 4 *ἐπιμελοῦ* non *ἐπιμέλου* cfr. ll. 35—36.

l. 11 *ἔκλειψις* de morte intellego. Hanc eandem significationem ex fr. 19 p. 1005 (*Φιλοδήμου πρὸς τοὺς* — — — —) colligo, quod nobis Crönert restituit (Kolotes und Menedemos p. 176): ... *[κ]ρίνομεν τρόπ[ο]υ τῶ[ν] μετὰ τὴν Ἑρμ[ά]ρχο[υ] τελευτὴν συντάξεις ἐγδεδωκότων. εἰ δέ τις βούλεται, καὶ μετὰ τὴν ἔγλειψιν τῶν Ἐπ[ι]κούρου διακηκοότων ἁπάντων κτλ.*

col. XVIII l. 9 *τὸ τοῦ αὐτọ[ῦ] ἐκ[εί]νου.* Saltem scribi debebat: *τὸ αὐτοῦ ἐκείνου.* Olim *τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου* scribendum esse conieci; sed neque *ἀνδρός* cum vestigiis litterarum congruit, neque ita Pythoclem indicatum esse credi potest. An latet nomen proprium? Ad rem nullum subsidium prosopographia Epicurea praebet.

l. 11 oratio hiat: *[συ]ναύξεσθαι* e participio velut *βουλόμενος*, vel alio quodam verbo quod desideratur, suspensum esse cogitare necesse est. Totum locum ita fere intellego: "*ἐφῆκα* — — *τῶι ε[ὖ] τα[χθῆ]ναι*(?) *καὶ* (= etiam) *τὸ πρόθυμον* — — — — — — *[συ]ναύξεσθαι «βουλόμενος», καὶ εἰς* — — — — — *ῥυθμὸν ὁρῶν π[ρọσ̣]⟨ηῦ⟩ξον* — — — — — — *τὸ τοιοῦτον*,, [Cfr. Addenda.]

Fr. 5 col. XIX Papyrus iterum iterumque inspicienda; tum fortasse sententiarum conexus totus elucebit. De nobili quadam femina initio agitur, cuius erga Epicuream sectam propensa voluntas laudatur. De Themista bene cogitari potest. Tum dignoscuntur duarum aliarum feminarum tamquam lineamenta, de quibus in ll. 3—4 agebatur: *Μνασ[. . . .]ν* (Mnasidicae illius puellae suavissimae memini, a Sapphone immortalis factae!) et sororem eius (*τὴν ἀ[δελφ]ήν*) cernere licet; sero haec vidi. [Cfr. Addenda.]

Utinam has novas tenuesque voces in Epicureo contubernio resonantes exaudiremus! Quod sequitur (ll. 7 sqq.) multum abest ut intellegi possit. De Leonteo, Themistae marito, fortasse agitur. Quod in l. 11 -φαίνεσ[θαι] dedi, a delineatione Oxoniensi proxime abest (ΦΑΙΝΟC [– – –). Ante πλῆρες lacuna duarum minimum litterarum erat statuenda.

Fr. 5 col. XX—XXI Excerpta ex epistula Epicurei cuiusdam de fratre mortuo conscripta. Fortasse haec in Epicurum et in Aristobulum cadunt.

col. XX l. 2 ἀμεικτεί = ἀμικτί: novum.

l. 3 ἐπιζητεῖν = desiderio mortui teneri. cfr. XXI ll. 1—3 et l. 6.

l. 7: versus, mea sententia, corruptus. Tale quid scriptor fortasse voluit: „cuius opera relicta plenam illius imaginem reddebant."

ll. 9—10 audio Timocratem et eius asseclas Epicuro eiusque amicis obtrectantes.

l. 11 sqq. καὶ γὰρ [ἐ](γ)[ώ] κτλ.: haec potius libelli quam epistulae auctori dederim; sed res incertissima.

col. XXI l. 4 οὖν δή: structura in deliciis Epicuri. Cfr. περὶ φύσεως Lib. XXVIII.

l. 14 ε[ἶπε]ν in testamento suo, ut puto: qui in testamento suo nihil se relicturum dixerat, tantum sui desiderium amicis et familiaribus relicturus erat!

DE POLYAENO
(Fr. 5 col. XXII—XXVIII)

Col. XXII Excerpta ex duabus epistulis, Epicuri, ut puto. Altera ad Athenaeum Polyaeni discipulum data est.

l. 2 ἐκπολυωρεῖν: novum.

l. 3 μέχρι ὅσου: iam ab Herodoto usurpatum. cfr. Epicurum apud Philodemum „de Epicuro" Fr. 6 col. II l. 17 (supra p. 67).

l. l. 6 sqq. „– – – – – cuius patrem eodem nomine appellatum, non solum diligebas sed etiam religiose colebas, ab illo una educatus (συντραφείς) et ad omnia, quae finibus bonorum sunt utilia,

non solum ea, quam bene novisti, ratione, omni cura ac sollicitudine provectus, sed utique etiam — — — — —.“

ll. 7—8 *οὗ τὸν πατέρα ὁμώνυμον*: pater, eodem quo filius nomine, Polyaenus appellabatur. Hic commemoratos video Polyaenum, Lampsacenum illum philosophum, antea mathematicum, postea, geometria repudiata, Epicuri disciplinam amplexatum et filium eius, quem ipsum quoque Polyaenum cognominatum esse hoc testimonio apparet. Athenaeus iste, Polyaeni philosophi discipulus, nullo pacto pater Metrodori, qui Polyaeni paene aequalis fuisse videtur, esse potest. Iniuria igitur Th. Gomperz (Hermes V p. 387), hoc testimonio usus, tunc quidem aec bene descripto nec ex omni parte restituto, Dueningii sententiam (De Metrodori Epicurei vita et scriptis p. 5 sqq.), qui loco corrupto apud Diogenem Laertium (X 22)“ *μαθητὰς δὲ ἔσχε πολλοὺς μέν, σφόδρα δὲ ἐλλογίμους· Μητρόδωρον Ἀθηναῖον ἢ* (B F P Q H *καί* f) *Τιμοκράτ(ους)* (F P Q) [*Τιμοκράτην* B H f] *καὶ Σάνδην Λαμψακηνόν*„ *Ἀθηναίου* legerat, confirmatam esse statuit. Coniecturae illi, fortasse verae, hoc testimonium nullam fidem addere potest. Alius fuerit Athenaeus, Polyaeni dicipulus, alius Athenaeus, Metrodori pater.

l. 10 *συντραφείς*: una cum — — — educatus. Quis cum Athenaeo educatus fuerit bene Athenaeo notus, nobis omnino ignotum est. Fortasse de ipso Polyaeni filio, fortasse de pluribus condiscipulis, quos unus idemque magister erudierit suspicari licet. Aegre tamen fero paullatim Polyaenum philosophum quasi ludimagistri partes agere. De alio discipulo in superioribus huius columnae versibus agebatur: alios quoque insequentes columnae commemorabunt. Hucusque unius tantum Polyaeni discipuli, Pythoclis, memoria supererat.

l. 10—11 ΥΦ[.] ˌ[?]|ΤΟΥ in papyro extabat aut *ὑφ᾽ ἑαυτοῦ* aut *ὑφ᾽ ἑατοῦ* (cfr. Crönert Mem. Herc. 126), quod ferri nequit. Olim de *ὑφ᾽ ἑαυτοῦ* = *ὑπὸ σεαυτοῦ* cogitavi; frustra, ut puto.

l. 12 *τῶ τέλει* = finibus bonorum. Iota mutum quod dicitur, veluti in insequentis columnae versibus 10, 14, omissum est.

l. 16 fort. τοῦ τε[λεί](ω)[ν] ἀν[δρῶν]. Littera ω in Oxoniensi Apographo delineata, nescio quo pacto supra in textu exciderit.

Fortasse haec columna locum testamenti Epicuri a Diogene Laertio laudati (X 19), quique in nostris codicibus nunc ita legitur

„Ἐπιμελείσθωσαν δὲ καὶ Ἀμυνόμαχος καὶ Τιμοκράτης τοῦ υἱοῦ τοῦ Μητροδώρου Ἐπικούρου καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πολυαίνου, φιλοσοφούντων αὐτῶν καὶ συζώντων μεθ' Ἑρμάρχου"

corruptum esse demonstrat. Cur enim Epicurus, qui tam aperte de Metrodori filio mentionem fecisset, nomen filii Polyaeni praetermisisset? Quod si, proclivi coniectura, scribimus: „καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πολυαίνου Πολυαίνου", iteratum illud nomen tamquam dittographiam a vetere quodam librario expunctum fuisse facile nobis persuadere possumus.

Col. XXIII Epistulam nobilissimam Epicuro primus editor vindicavit Theodorus Gomperz, quem secuti sunt omnes (ex quibus honoris causa duo nominandi Udalricus de Wilamowitz et Guilelmus Schubart). Qua de re omnino me dubitare Carolo Krohn, aliquot ante annis, fragmentorum Hermarchi syllogem paranti, ut ex illius libello patet (cfr. adnot. ad fragmentum 8), aperte professus sum. Oblocutus est Robertus Philippson, in censura libelli a Krohn parati, doctissima et multis luminibus ornata (WklPhil. 43 [1923] 1, col. 1 sqq.), velut in transcursu opinionem meam tangens.

Ego contra opinionem meam, quam olim amplexus tum, aliis quoque probare conabor. In his columnis (XXII—XXVIII) adferuntur testimonia de Polyaeno non de Epicuro, ut ex ipso sententiarum conexu facile apparet. Polyaenus semper primas agit; Epicurus quoque occurrit (XXIV 15 sqq.), sed ita, ut Polyaenum comitem eundemque discipulum laudibus efferat. Epistulam in col. XXIII servatam Epicuro vindicaremus si ad Polyaeni filium data esset; quod tamen parum apte succederet. In his columnis Polyaeni sollertia, disciplina in adulescentibus educandis et ad verum in philosophia profectum promovendis, mores suavissimi laudantur; de contubernio illius domestico contra nulla mentio fit. In col. XXII adventus filii Polyaeni sane commemoratur, sed statim scriptor ad Polyaenum patrem celebrandum transit. Theodoro autem Gomperz anno CIƆIƆCCCLXXI epistulam

Epicuro vindicanti, scripti, quod papyro 176 adservatur, nulla fere nisi incertissima notitia succurrebat. Apographum unum, Oxoniense, ei praesto erat, nec totam papyrum complexum, neque mendorum gravissimorum expers. In indigesta tum columnarum farragine hic illic flosculos quosdam, in contubernio celeberrimo excultos, decerpsit et antiquitatis studiosis obtulit. Tum unum nomen, Epicuri, occurrebat. Neque aliter, triginta et quinque annis interiectis, Guilelmus Crönert se gessit, cuius ipsa verba commemorare iuvat: „sed ne eorum eludatur expectatio qui novam quandam et absolutam Epicuri sententiam desiderant e tanta voluminum Herculanensium farragine subiungam relliquias initii col. VIII p. 176 [= Fr. 5 col. XVII meae editionis]: *οὕτως δὲ καὶ παραινεῖ πρὸς . . .] περὶ Ἀπολλοδώρου γράφων φροντίζ[ειν], εἴ τι πράττειν, ὧν οὐ [βούλε]ται, συναναγκάζετα[ι]. ‚ἐπιμελοῦ γάρ', φησί, ‚καθάπερ σοι καὶ ἀπαλλαττομένωι ἔλεγον, καὶ Ἀπολλοδώρου [τοῦ] ἀ[δελ]φοῦ. οὐ γὰρ κακὸς ὢν παρ[έχ]ει μο[ι] φροντίδα, εἴ τι πράττει, ὧν οὐ βούλεται'. καὶ περὶ τῆς ἐκλείψεως αὐτοῦ κτλ.* (pergit Philodemus)."

De Philodemo libelli auctore dubitationes quaedam suboriuntur, ut supra monui; de epistula tamen ad fratrem Apollodori data vix quisquam dubitare potest, ut ex insequentibus auctoris libelli verbis apertissime patet, quae Crönert non satis perpendisse videtur. Quorum vero tanta est vis et auctoritas ut epistulam Epicuro omnino tribuendam esse negemus.

Sed ad epistulam in col. XXIII servatam redeamus.

Polyaenus, auctor illius epistulae, itineris comites enumerans, veluti praeceptor ac magister Pythoclis, iure — post se — primum Pythoclem, deinde Hermarchum nominare poterat. Hoc contra ab Epicuro alienum videretur, qui procul dubio post se Hermarcho non Pythocli primum locum tribuisset. Alia praeterea suppeditant. In insequenti columna (XXIV) auctor libelli, iam suam sententiam proferens, veluti gravissimum argumentum, ut rem absolvat, addit adversarios quoque scholae Epicureae moribus Polyaeni allectos animum erga illum benignum ac propensum habuisse. Perpendamus, si placet, ipsa scriptoris verba:

„*ὅλως δὲ τοιούτοις ἤθεσί τε καὶ πάθεσι καὶ ταῖς πρὸς ἕκαστον ἐπιδεξίοις ὁμιλίαις ἐκέχρητο Πολύαινος ὥστε καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων φιλοσόφων εὐμενεῖς κατεσκευακέναι πρὸς ἑαυτόν κτλ.*"

Haec plenam et veram significationem accipiunt si supra auctor alia testimonia de Polyaeni animo erga omnes propenso rettulerit; hac sola enim ratione haec recte ac iure concludi poterant. Verum enimvero epistula illa nobilissimi animi quasi speciem ac documentum ostendit. Neque aliud quidquam magis in rem cadere potest, quam scriptorem, Polyaeni laudatorem, cuius supra (in col. XXII) curas et sollicitudines in discipulis erudiendis commemoravisset, praeter cetera quae lacunae nobis invident, novum hoc addidisse testimonium. Quod mihi iamdudum persuasum habeo.

Ad quem, vel ad quam epistula ista data sit nescimus. De filiola Metrodori Gomperz cogitavit. Hoc sane fieri potuit; malo tamen opinionem Hermanni Usener sequi, cui scriptum hoc velut epistula ad puerum vel ad puellam data auditur.

Col. XXIV 14: aut altera magistratus nota intercidit aut *τέ* ex insequenti linea huc falso irrepsisse putandum est. Insequenti autem versui non inepte particulam illam addi posse videmus: *αὐτόν τε καὶ Λεοντέα.*

Ab altera parte col. XXIV usque saltem ad alteram partem col. XXVI excerpta ex tribus epistulis de Polyaeno conscriptis legimus. Prima fortasse Epicuro vindicanda. Alteram contra et tertiam, quarum unus est auctor, Epicuro tribuere non possumus, cum memoria illius in altera apertis verbis occurrat. Quisquis tamen haec scripserit, eratis sane vir magnae auctoritatis, ut ex dictione gravi et elata colligere licet, cum praesertim tertia epistula ad plures data sit. Quare nolim haec Epicureo cuivis tribuere, immo certo cuidam sectae auctori ea adsignanda censeo; ex quibus, praeter Epicurum et Polyaenum, Metrodori vel potius Hermarchi nomina nobis occurrunt.

Ex prima epistula libelli auctor duo excerpta referebat: unum fere totum intercidit; inde a verbis quae *καὶ προβάς* sunt, alterum excerptum habemus. Hic, ex loco operis Isocratei exorsus (*πρὸς Νικοκλέα* 51), quid Polyaenus de philosophiae pretio, quid de rhetoricis, de eristicis, de dialecticis, de physicis senserit, quamque utilitatem ex illis nos percepturos praedicaverit, auctor — Epicurus exempli gratia — exponit. Verba Polyaeni fere cum Isocrateis conspirant: „*ἄλλως τ᾽ ἐπειδὴ περὶ μὲν τῶν γυμνασίων τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες καί φασιν οἱ μὲν διὰ τῶν ἐριστικῶν λόγων, οἱ δὲ διὰ τῶν πολιτι-*

κῶν, οἱ δὲ δι' ἄλλων τινῶν φρονιμωτέρους ἔσεσθαι τοὺς αὐτοῖς πλησιάζοντας".

Priore epistula commemorata, quaedam de suo libelli auctor addit (11. 13 sqq.). Secundae autem epistulae, ad Polyaenum ipsum datae, extrema verba, elata et rhetorico colore quodammodo imbuta, habemus: disciplina Polyaeni — ni fallor — illis extollitur, qui discipulum suum (de Pythocle cogitari potest) ad libertatem et in loquendo et in agendo, occasione oblata, facile adduxerit. Plura tamen adhuc explicari nequeunt.

In tertia epistula, a. 288/87 data, discipulus Polyaeni (fortasse ille qui in altera epistula commemoratur) et vivus et mortuus summis laudibus extollitur. Haec omnia in Polyaenum cadunt, qui talem alumnum ad philosophiam perduxerit. Quae sequuntur (XXVI 10 sqq.) epistulae libelli auctori non tribuerim. In altera col. XXVI parte nomen Polyaeni tantum dignoscimus.

col. XXVI 7 et 10 *γίνεσθαι* scil. *φιλοσόφους*.

ll. 13—14 *αὐτός* Polyaeno dederim; *ἐπεφώνησεν* (14) et *προε[ῖ]πε[ν·?]* (XXIV 35) inter se respondent.

l. 16 *κἀγώ* olim auctori epistulae dedi; iniuria, ut puto.

l. 25 init. ΜΤ apogr. Oxoniense: restitui quod potui.

l. 27 locus quidam *τῆς Μαγνησίας* notatur.

ll. 28—30 construo *πιεσθεὶς* — — — — — — — — *εἰς παρρησίαν*.

l. 29 *ἀστῶν* manifesto corruptum.

l. 32 *ἐπὶ [τρί]του Διοκλέους*: duo tali nomine Athenienses magistratus innotuerant. Alter a. 409/8, alter a. 288/87; nunc tertio dandus locus.

col. XXVI 11 Diotimus: Democriteus?

Fr. 5 col. XXVII Honores Polyaeno vivo et mortuo tributi: ea quae in superiore columnae parte leguntur libelli auctori adsignaverim.

ll. 5—12 cfr. Epicuri testamentum apud Diogenem Laertium servatum (X 18).

ll. 14—15 papyro novissime inspecta procul dubio *ἐπέ|πληξεν* legi (cfr. Diog. Laert. VII, 171), quod loco hucusque desperato lumen infundit. Tale quid voluit auctor: e t o l i m — — — — — p h i l o s o p h i c i s n e g o t i i s o c c u p a t u s , s e m e t i p s u m o b i u r g a v i t". Deest participium quod in corrupta lectione ΑΛΛΟΥϹΗϹ latere arbitor [Cfr. Addenda.]

Epistulae duae, Epicuri ut puto, ad Colotem datae citantur (XXVII 24—25, XXVIII 4). In col. XXVIII ll. 8—14 haec suspicatur Philippson:

— — — — — μνη[σ]-
θή]σεσθ[αι] τὸ διὰ [φ]ίλων
ἀ]γαθό[ν· ἀγα]θὸν [δὲ] τῆς
κα[ρδίας ἐστὶ] πλέον ἐν
τῆι φιλο]φ̣[ροσ]ύ[νηι ἢ] τῶι
χρήματα πρά]ττεσθαι· τὴν
δ' ὅλην φιλία]ς ἐπισημασί-
αν [ἐν τῆι] δ[ι]αθήκηι [. . .

ADNOTATA IN PHILODEMI DE EPICURO LIBRUM SECUNDUM.

*Fr. 1([1]) — Hoc fragmentum recepi ut libelli indolem demonstrarem. In hoc quoque, veluti in superiore volumine (p. 176), epistulae adferuntur (cfr. l. 6 et magistratus notam in l. 7).

Fr. 6 col. II 1—4 Haec omnia in Epicurum cadunt: fortasse quae in ll. 9—11 in universum dici videntur, certos vitae illius eventus respiciunt. Voculam *οὐ* in l. 5 a Crönert mero casu omissam falsae totius columnae interpretationis locum dedit (ita concidunt quae subtiliter commentus est Hermannus Diels in Philodemos über die Götter I Buch Abhandl. d. Pr. Ak. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 7 [1915] p. 100 adnot. 2). Quod autem Diels in l. 12 dedit *ἀλλ' ὡς* pro *ἄλλως* ferri nequit (praecessit enim *οὔτε* non *οὐ*); itemque fide caret supplementum *ὀργιασθείς* in l. 13 ab eodem propositum. De *συνέκρουεν* a Crönert invento, a Diels ecepto, supra in Apparatu monui.

l. 7 *ἡ . . γραφὴ . . . . . αὐτοῦ*: non scriptum aliquod *κατ' ἐξοχήν*, sed *τὰ γράμματα αὐτοῦ* (de epistulis praesertim cogito) videntur intellegenda

Fr. 6 col. III Hanc columnam a me, quantum poteram, restitutam iamdudum Hermanno Diels, qui Supplementa in Praesocraticos parabat, cum iam viri illius egregii mihique coniunctissimi lacrimabile fatum instaret, ultro obtuleram. Scriptor, quod Diels monuit Xenophanis nomen adferens, ante oculos notissimos philosophi illius versus, nobis cum a Plutarcho (de aud. poet. 2 p. 17 E) tum a Sexto Empirico (adv. math. VII 49; 110) servatos, in mente habebat:

καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ γένετ' οὐδέ τις ἔσται
εἰδὼς ἀμφὶ θεῶν τε καὶ ἅσσα λέγω περὶ πάντων·
εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένον εἰπών,
αὐτὰρ ὅμως οὐκ οἶδε· δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

([1]) Stellula designationi Fragmenti appicta notat Fragmentum — papyro deleta — unice delineationi mandatum.

De eadem columna, meis copiis usus, Robertus quoque Philippson, in appendice dissertationis suae de Eudoxo (Hermes 60 [1925] p. 479 sgg.) egit, hoc testimonium cum loco operis de Libertate dicendi a Philodemo, qui res argumentaque a Zenone magistro suo hauserat, conscripto (in Fr. 6 edit. ab Alexandro Olivieri paratae) arte componens. Hoc loco Epicurus Pythoclem, qui Leonteum ad fidem deorum denegandam adduxerit, moderate (*μετρίως*) reprehendens, in Eudoxum(¹), huius doctrinae fautorem, epistulam quae in contubernio Epicureo veluti *λαμπρά* notabatur, scribit: quod nos monuit Philippson. Idem doctus vir opinatur in nostra columna Epicurum, ab astrologo et geometra quodam Cyziceno exorsum, non Eudoxo sed illius discipulo et doctrinae magistri interprete, in scripto quodam (de Epistula in Eudoxum supra commemorata cogitat Philippson) philosophum quemdam qui deorum fidem negaverit (initio *τοῦτον καὶ γράψας πε]||ρὶ* supplet) cum Xenophane et Idomeneo et Leonteo, qui audaciores in tollenda deorum fide se praestitissent, comparasse. Cum Eudoxus et Xenophanes deum coluerint, hic de dis vulgo cultis intellegendum esse patet (quod de Xenophane iam notum erat). Hactenus Philippson.

Fragmentum in opere de Libertate dicendi servatum quomodo constituendum sit, res est aleae incertissimae; certe quae ibi de fide deorum (*πίστις θεῶν*) praedicantur novissimi editoris sunt coniectura restituta, quae a vestigiis in papyro habitis recedit. Olim lectione papyri nisus de *ἄπυσ[τα] θεῶν* cogitavi. In columna p. 1289 quae *ἀναίρεσις ἀποδείξεως* absolute commemoratur ad doctrinam cognoscendi in universum libenter rettulerim. Verum, utut res se habet, haec testimonia non Timocratem unum a genuina Epicuri doctrina, ipsis Epicuri temporibus, deflexisse, fidem amplissimam faciunt. Insequentes quoque duae columnae p. 1289 in medium dissensionis eius, quae intra ipsas scholae parietes flagraverat, incendium nos deducunt.

11\. 1—2 Pro *ἀστρολόγο⟨υ⟩ «καὶ» γ[ε]ωμέτρου* quod olim Hermanno Diels probavi, nunc *ἀστρολογογ[ε]ωμέτρου* scribendum puto. Eiusmodi enim vocabulum cum sit comicae dictioni accommodatum forsitan quandam in hic scriptoris verbis irrisionem possis deprehendere.

(¹) Ad Eudoxi nomen e litterarum vestigiis recuperandum uterque nostrum alter alterius nescius pervenerat.

l. 12 init. non fuit *θυμῆσαι*.

Fr. 6 col. IV Sententiarum conexum talem fere fuisse puto: „omnibus qui [nescio quid] emittunt. Nam nec ad vivum resecare (*εἰς σάρκα πημαίνειν*), neque vero — — — — (*μελεΐζειν*? articulatim concidere) [id est volebat: quod in superioribus dictum erat], neque e sua animi perturbatione, neque e contumelia semetipsum et totam sectam (*αἵρεσιν* mihi Diels subministravit) commaculante, eos insectatus est (Epicurus); sed methodicis argumentis inscitiam, immo vero insaniam persecutus est. Atque illi — — — assenserunt et dum efficit ut a furore, qui eos occupabat, respirarent — — — —". Quomodo hiatum in 11; 11—12 expleam, nescio: multa frustra tentavimus Diels, Maas, ego. Fortasse locus corruptus.

ll. 5—6 ut *ἑαυτόν* ferre possimus ante *συνμολυνούσης* subaudiendum est *ἀπό*.

l. 11 *ἐπεκα-* dedi: possis *ἐπεκ[ρ]α-*: inter *κ* et *α* exilis extat fissura, quae *ρ* capiat.

Quos homines Epicurus hic insectetur, incertum: fortasse Timocrates et qui eius partes susceperint respiciuntur. Quod si talia in Idomeneum et Leonteum caderent, hoc aegre ferremus. At vero ad Timocratem unum insequens columna nos revocat.

Fr. 6 col. V Timocrates adulescentulus, in fratrem minorem natu (i. e. Metrodorum) zelotypus atque iracundus, ab Epicuro admonetur (ll. 1—6). Quae sequuntur per se satis clara: praesto est Alciphronis quoque memoria, qui nobis Timocratem cum sophistis Epicuro conviciantem ostendit (IV, 17, 10).

l. 12 *ἀποθεωρεῖν* admirari (cfr. Homericum illud *θεᾶσθαι*); an potius explorare intellegendum?

l. 13 *κατ[ακρα]τήσα⟨ς⟩* optime sententiae responderet.

Vestigia epistularum iam in *Fr. 1 deprehendimus: quae in sequentibus columnis leguntur fortasse Philodemus ab aliis accepit, non de suo penu deprompsit. Haec satis firma, ut in illis tuto acquiescere possimus. Nam ulterius progredi ne audacioribus quidem fortasse continget.

ADNOTATA IN PHILODEMI DE EPICURO LIBRUM

Fr. 3 6 inf. – – – –]εαταος *P*: lectio turbata; olim, loco p. 176 (Fr. 5 col. XII 4) conlato, de *πνεύματος ἐκβολῆι* cogitavi. Papyro novissime inspecta, lectionem *πνεύματος* omnino locum habere non posse vidi.

Fr. 5 Epicurus ad Polyaenum epistulas Charino magistratu dederat, quarum memoriam nobis Seneca (cfr. 18, 9) servavit. De sententiis, quae in hoc fragmento continentur, restituendis desperandum est, quamvis fortasse ad eandem rem ea spectent, quae de illis epistulis Seneca rettulit (Us. fr. 158): „certos habebat dies ille magister voluptatis Epicurus, quibus maligne famem extingueret, visurus an aliquid deesset ex plena et consummata voluptate vel quantum deesset et an dignum quod quis magno labore pensaret. Hoc certe in his epistulis ait, quas scripsit Charino magistratu ad Polyaenum. Et quidem gloriatur non toto asse pasci, Metrodorum, qui nondum tantum profecerit, toto."

De Symposio quidem, ut Usener ex l. 11 suspicatus est (Epicurea in adnot. fr. 65), praeter verbum ipsum, nihil colligi potest.

l. 9 multa cogitari possunt, velut: *πόσεις, ὀρέξεις, κινήσεις ἀφροδ.*

In l. 5 – – –]*άτ*[*τ*]*εσθαι* certe legitur: hoc moneo ne quis credat hic memoriam Epicuri Sent. Sel. XXXI repeti.

Fr. 6 I, II His duobus columnis tamquam innixi oculos intra Epicuri scholae parietes penitus figimus. Iterum atque iterum, summo labore, reliquias has paene evanidas versavi ut etiam minima litterarum vestigia deprehenderem et restituendi loci gravissimi, quantum possem, firmissima fundamenta iacerem.

In col. I duae epistulae ab Epicureo quodam (Hermarcho ?) conscriptae adferuntur; prior ad Leonteum data est (cfr. l. 7). Qui scribit, se in verba Magistri religiosissime iurare, nec se un-

quam ab hac quasi norma discessurum testatur. Hanc igitur viam ait se etiam in novo discrimine, auctoritate Epicuri fretus, ingredi.

ll. 11—12 locus, ut mihi quidem videtur, corruptus; e lectionibus enim papyri certissimis (*καιρῶν* et [*κ*]*α*[*τ*]*αμ*[*έ*]*λλον*[*τος*]) nihil boni vel sani eruere valeo. Sensus talis mihi fere fuisse videtur: „cum Epicurus talia nos caute et opportune administrare debere moneat"; sed aliquis fortasse elatiora, Epicuri ori magis accommodata, suo iure desiderabit. l. 8 *στομφοῦν* novum; cfr. *στομφάζειν*.

ll. 9—10 Si recte *τὸν γνήσιον φυσιολόγον* reposui, Timocrates his verbis indicatur. l. 15 *δ*[*ιαμωκᾶ*]*σθαι* in Lexicis desideratur (sed cf. *διακωμῳδεῖν* Arist. poet. 1458 b 6).

l. 17 Metrodorus librum composuit, quem *περὶ μεγαλοψυχίας* inscripsit.

In altera columna scriptor Metrodorum alloquitur, cuius nominis, ut puto, in l. 16 certa vestigia servantur. Quod contra in fine l. 15 *σ*[*οί*] reposui, minime certum. Littera, quam ut C dedi, et talis nunc certe videtur, aequo iure, poterat anterior esse pars litterae ω, cuius alteram partem lacuna hauserit. Sed inter lectionem eam quae hinc effici potest: *ὦ Μητρόδωρε* illamque quam ipse praetuli, cum parum aut nihil interesse videatur, non est in tali re amplius immorandum. Hic potius dicendum est nos, ut supra in XXVIII de Natura libro, Epicurum ipsum audire, cum Metrodoro suo colloquentem et de statu qui maxime hominis naturae conveniat, disputantem. Priores versus (1—10) ut plane restituerem, nondum mihi contigit; plura sane adhuc manent obscura (*ὑπ' αὐτοῦ = τοῦ σοφοῦ*?); sed quae dedi, illa quidem certa vel paene certa esse puto (fortasse in l. 6 *κ*[*αταληπτι*]*κοῖς* sequebatur; in l. 8 utrum *διωκτέον* an *διωκτέα* legendum sit is diiudicabit, qui ea quae praecedunt illustraverit). Quae sequuntur paene ad verbum reddam: „nam cum condicio temporis (*καιρός*) spem et voluptatem corporis nobis imminuerit et nos constantia beneficiorum spoliaverit, num etiam tibi, Metrodore, quidquam, status illius simile qui naturae conveniat, tueri potero?" Minime, sane Metrodorus respondisset! Talia in Epicureis scriptis sescenties adfirmari consentaneum est: Epicurus minime cum Metrodoro suo contendit, immo in scripto quodam (de epistulis

hic valde dubitaverim!) fundamenta doctrinae suae contra adversarios aliquos (Nausiphanem?, Timocratem?) tuebatur. Cfr. Epicuri fr. 68 et addenda ad fr. 68 (Usener).

Fr. 6 col. III Epicuri laudes, qui humanitatem summum hominibus bonum ac finem docuerit. Quis haec scripserit plane incertum; nolim tamen talia Philodemo tribuere. Summa iam patet; multa tamen adhuc obscura. Menandri nomen in ll. 6—7 extabat et vestigia senarii mihi videor in ll. 6—7 deprehendisse (Hucusque tantum Menandrum et Epicurum Athenis *συνεφήβους* fuisse sciebamus [Strab. XIV 638]). Quae in usum suum scriptor forsitan converterit apud Menandrum talia fere fuerint:

τὸ μὲν τέλος
καὶ τῶν ἁπάντων αἰτιώτατον λέγω

l. 9 *αἰτιώτατος* plane Menandreum. cfr. Menandr. fr. 454 IV 321 (Mein.) Perik. 209 Körte[2].

l. 10 *κατ[έλιπε* vel *κατ[έδειξε* cfr. Aristot. eleg. 4 (fr. 673 R.).

l. 14 *λειφθήσεται*: minime placet; ex. c. dedi ut hiatum supplerem.

l. 17 *σύμπτωμα* = *εὐδαιμονία* vel *ἀταραξία*. cfr. Diels in Philodemos über die Götter I p. 64, 3.
ἐν αἷς καὶ ἡ αὐτάρκεια continuat Philippson, qui nos ad ea, quae ipse in superioribus versibus restituenda censuerit, delegat (cfr. Apparatum).

Quid littera Є sinistro margini l. 10 apposita significet nescio. An fuerit re vera nota stichometrica?

Fr. 7 col. III A supplementis fere abstinui. Quoniam de loci sententia omnino desperandum esse intellego, contentus ero si legentibus verba saltem non corrupta proposuisse videbor.

Fr. 8 col. I Ad diem festum Epicureorum haec rettulerim. Verba Epicuri ab illius doctrinae sectatore paene integra referuntur. Vellem equidem ipsam Epicuri vocem exaudire, sed obstat l. 2. Columnam hanc reginam columnarum in papyris Herculanensibus adservatarum appellaverim; hic vere afflatu divino spirantia verba, hic vere aurea dicta perpetua semper dignissima vita!

l. 6 cfr. Philod. *περὶ εὐσεβείας* p. 104 (Gomperz) ll. 8—9 — — *καὶ καλέσαν[τα* (scil. Epicurum) *πάν]τας εὐωχῆσαι* (hic quoque de die festo Epicureorum agebatur, ut ex

superioribus lineis colligi potest, meo marte, suppletis: ἀλ]ηλιμμένον [Ἐπίκουρ]ον αὐτὸν τε[λετὴν τ]αύτην ἄγειν [longe aliter Diels in Sitzungsberichte d. kgl. preuß. Akad. d. Wiss. 1916 XXX, VII p. 894.]).

ll. 4—5 De dis dici haec rectissime Bignone intellexit (cfr. supra p. XXVIII).

ll. 6—7 Olim γελανῶς scripsi, quod est nimis poetica ratione usurpatum et parum atticae dictioni accommodatum. Ut γελᾶν scriberem memoria Sententiae Epicuri in Gnomologio Vaticano servatae (41) γελᾶν ἅμα δεῖ καὶ φιλοσοφεῖν κτλ. me admonuit.

Fr. 8 col. II Pravam certamque interpolationem in inferiore columnae parte detexi; sed nihil amplius in his reliquiis profeci, quod fortasse Philippson meo succedet.

Fr. 9 col. I Audio Epicurum magno ore loquentem. In superioribus versibus (8—15) rerum series ac natura perspicua, supplementa tamen exempli causa tantum proposita. In inferioribus quaedam tentavi sed cum superioribus sententiis connexum restituere nondum mihi contigit.

Fr. 9 col. II Quantum in hac columna elaboraverim, vix verbis dici potest. Lectiones paene ubique certae, sed sententiae obscurissimae. In hac extrema libelli parte auctorem ipsum loqui crediderim. Hic illic quaedam incertiora conieci ut sententiam aliquam componerem.

ll. 10—12: „ac propterea (διὰ τοῦτο) eius discipuli me (με τὸν pro δόξαν inserto) partes sane peccatoris simulare et aperte vituperatione digni et omnes una et enixe — — — — —"

ll. 18—19 Non fuit nec ἀνδραποδισθήσ. neque ἀνδράποδα θήσ.

Ratio libelli dilucidissime e Fr. 6 col. I patet. Utrum hic liber unus fuerit an cum superiore libello a Philodemo de Epicuro conscripto, quique liber secundus auditur, coniungendus sit, non diiudico. Voluminis inferior pars intercidit: tituli nota tamen integra esse potest.

III

ADNOTATA IN POLYSTRATI LIBELLUM INCERTUM

Fr. 3 col. Ib Carpe diem!

Fr. 3 col. IIa — Di non sunt bonorum causa; quid de dis sentiendum sit — Quae hic tamquam *γνῶμαι*, vel sententiarum electa, in artum rediguntur, in fragmento papyraceo Oxyrhynchi reperto(1), longa disputatione pertractantur. Locos similes et testes in Epicureis ab Usener collectos consulto omitto.

ll. 9sqq. ita intellexerim; „et deorum ita existentium talis veneratio et honor, quibus rebus neque procreatur neque demitur *τὸ προσδοκώμενον οἰκεῖον*, quia omnium bonorum externorum causam, secundum sapientium sectam, tantummodo fortunam credunt (scil. Epicurei), quam expectare non licet."

l. 12 *τὸ προσδοκώμενον* [*οἰ*]*κ*[*εῖ*]*ον* = proprium (scil. naturae conveniens) quod expectatur emolumentum. Cfr. l. 7 *τῶν οἰκείων ἐφικ*[*έσθαι*] et l. 9 *τὸ προσδοκώμενον*. Cfr. infra Fr. 3 col. III l. 7.

Cfr. Cic. Acad. pr. II 12, 36 „adpetere id quod accommodatum ad naturam adpareat: Graeci id *οἰκεῖον* appellant". Cfr. Polystr. *π. ἀλόγου καταφρονήσεως* (Teubner Lipsiae 1905 ed. C. Wilke) Xa 3, 9.

Fr. 3 col. IIb Quamquam attentissime papyrum exploravi, sententias probabiles elicere non potui.

---

1) Oxyrhynch. Pap. II n. 215. Epicuro tribuerunt primi editores, adstipulantibus statim Fraccaroli et Wilamowitz, postea Diels, peculiari dissertatione (Ein epikureisches Fragment über Götterverehrung, Sitzungsberichte d. kgl. preuss. Akad. d. Wiss. 1916 XXXVII p. 886sqq.). Guilelmus Crönert contra haec Epicuro abiudicaverat et Epicureo discipulo, Apollodori *κηποτυράννου* vel etiam Zenonis Sidonii aequali adsignaverat.

l. 5 *σοφίας ἀληθινὸς [ἐρ]αστὴς εὑρεθ[ήσε]τ[αι]*: constructio quodam modo pervagata, sed Polystrato in primis propria.

l. 6 expectaverim *διά* cum genitivo casu. An fuerit *διὰ συναιτίων*? Supra T (init. l. 7) lineola quidem extat, quam fortasse ut punctum delens interpretari licet; hoc tamen monendum, in hac papyro semper librarium (vel correctorem) punctum delens adhibere.

Fr. 3 col. IIIa In cupiditatibus finiendis Epicureorum tamquam norma adhibenda est. Duo priores versus tantum exempli causa suppleti (quod *συνοικήσοντες* dedit Philippson parum litterarum traditis vestigiis respondet). Epicurei (*οὗτοι* l. 3) opponuntur illis qui *τὰς ὑπομνήσεις καὶ τὰς ἀναμνήσεις τῶν οἰκείων* praesentium et praeteritorum cum falsis opinionibus permisceant. Quod de illis, qui Epicureorum disciplinam non sequantur, in universum dictum puto! Polystratum, hic de certis quibusdam adversariis cogitasse non crediderim.

ll. 6—7 *τῶν ὑπαρχόντων [τε] καὶ προγεγονότων οἰκείων* et l. 13, Cfr. supra Fr. 3 col. IIa.

Fr. 3 col. IIIb Quomodo in nobis notio *τοῦ οἰκείου* oriatur.

l. 7 *τ[ὸ οἰ]κειωτ[ι]κὸν πάθος*: locutio apud Epicureos saltem hucusque ignota.

ll. 9—12 Sententiae obscurissimae ac vix dignoscendae.

Fr. 3 col. IVa Quomodo *τὸ οἰκεῖον* attingamus (ll. 1—8); quid nobis *τὸ οἰκεῖον* suppeditet (ll. 9—15).

l. 10 *ἧκον πρὸς [συν]εί[δησ]ιν* suppleverim; sed ex litteris — — —]|δ|ρες quid efficiam non video. In papyro certe extat —ρες: adiectivum neutrum adverbii potestate praeditum expecto.

Fr. 3 col. IVb.

l. 5 *σ[πανίαι]* ex. c. suppletum Epicurus quidem scripsit in Epistula ad Herodotum (35) *τῆς γὰρ ἀθρόας ἐπιβολῆς πυκνὸν δεόμεθα, τῆς δὲ κατὰ μέρος οὐχ ὁμοίως* tum (36) *ἐπεὶ καὶ τοῦ τετελεσιουργημένου τοῦτο κυριώτατον τοῦ παντὸς ἀκριβώματος γίνεται τὸ ταῖς ἐπιβολαῖς ὀξέως δύνασθαι χρῆσθαι.*

ll. 9 sqq. si non verba, at loci sensus talis fortasse fuit:

ἵν[α τῶ]ν θείω[ν προφητῶν
τε καὶ φιλοσόφων καὶ [. . . . .]ν
καὶ [. . . . .]ων τ[αῖς τιμαῖς ἐξισῶται,

καὶ ἡ δόξα κ]αὶ μν[ή]μη [τοῦ διδάσκοντος ἡμᾶς μακ]αρίως καὶ κα[λῶς ζῆν κτλ.

Extrema (12—13) mihi Philippson suppeditavit.

Fr. 3 col. Va Columna pessime habita. Librarius saepius peccavit et fortasse interpolationes admiscuit. Quid de nota ·M· sinistro margini apposita statuendum sit, incertum. An illa corrector in his verbis errorem inesse significavit? Hucusque hac significatione λάμβδα περιεστιγμένον notum.

l. 3 an πάντοτε?

ll. 3—5 αὐτοῦ — — — — συμπληρωσαμένου Cfr. Arium Didymum apud Stob. ecl. eth. p. 46, 18 (= Usener Epicurea in adnot. fr. 397). Cfr. Epic. Epist. ad Menoeceum 128.

l. 7 multa tentavi: σ[υντ]ύ[χ]ημα vel σ[υνα]ύ|[ξ]ημα spatio non sufficiunt; σ[υνεπιτ]ύ|[χ]ημα contra spatium non capit.

ll. 6—11 Cfr. papyrum Herculanensem n. 831 [de Demetrio Lacone auctore cogitaverim] ed. Körte (Metrodori Epicurei Fragmenta p. 578 sqq.) col. XIV l. 3 sqq.: ἧι δ' [ἄ]ν τὸ πλήρωμα τῶν ἀγαθῶν τις ἐν ὄμμασιν τιθῆται καὶ ἐπιλογίζη[τα]ι τίνα τε ἔχει κτλ. l. 10 διαλόγισις novum.

Fr. 3 col. VIa et b Columna pessime servata: multa quae olim delineator Neapolitanus se legisse testatur nunc perierunt.

Fr. 3 col. VIIa 1—10 satis clara.

l. 5 ὡς προείρηκα loco non servato.

ll. 9—10 Cfr. Diog. Laert. X 121 καὶ καθ' ὕπνους δὲ ὅμοιον ἔσεσθαι (scil. τὸν σοφόν secundum Epicurum).

Fr. 3 col. VIIb multum abest ut intellegi possit.

Fr. 3 col. VIIIa Habes, ut puto, duo ex Epicuro excerpta: 1—8; deinde, post formulam transitionis (π[ροσγρ]άφων πάλι[ν]), novum incipit excerptum, quod etiam in inferiore columnae parte fortasse continuabatur.

ll. 1—3 Notissima de affectibus doctrina (cfr. tamen Diog. Laert. X 34 = fr. 260 Usener).

ll. 4—8, VIIIb 1—10 Laudes physiologiae praedicantur. Cfr. Polystr. π. ἀλόγου καταφρονήσεως VIb et XXa et b.

Fr. 3 col. IXa et b Quid physiologia nos doceat exponitur. Haec Polystratum sapiunt, qui fortasse ea quae in superiore columna Epicurus edixisse videtur, latius explicat. Si quidem Epicurus ea quae in ll. 2—8b leguntur scripsit,

Polystrato tamen reddenda sunt verba: *τοία πρὸς τὰ κατὰ τέλη τῆς κρίσεως ἐπαγωγή*!

l. 9a Ad ea quae Philippson restituit cfr. Epicurum in Epist. ad Herodotum 80.

Fr. 3 col. Xa Enumerantur Epicuri beneficia in illa philosophiae parte, quae ad hominum mores spectat, elaboranda et evulganda. Primum idemque maximum beneficium, homines qui summus finis esset docuit. Deinde voluptates corporis definivit, tum *δυνάμεις* et *αἰτίας* externorum bonorum et malorum, tum mala morbis, doloribus parta, tum — — — — — — causas ac simul causas comitantes exposuit (ll. 1—7). Quae sequuntur (ll. 7 sqq.), partim obscura, partim nondum restituta.

Iterum in altera columnae parte de summo bono disputatur; tum de perturbationibus, quibus homines afficiantur, violentiae et causarum morborum ignari. Pagellam papyri iterum atque iterum examinatam, pluribus locis, maxime in ima columna, certiores notiones suppeditaturam esse probe scio; sed me labori meo aliquando finem imponere et decebat et oportebat!

Fr. 3 col. XI Beatitudo suprema Epicureorum, actio gratiarum in tot bonorum auctorem. Quae omnia Plutarchi convicia nobis in memoriam redigunt (contra Epicuri beatitud. 16 p. 1098b): *ἀλλ᾽ ἡδέως τε βεβιωκέναι καὶ βρυάζειν καὶ καθυμνεῖν τὸν αὐτῶν βίον ἐκκραυγάζοντες λέγουσι.*

l. 7 *ἐγκαταρδεύειν* novum cfr. *ἀρδεύω, κατάρδω.*

Fr. 3 col. XIIa et b Sententiae notissimae, quas latius explicare supervacaneum duco. l. 5a *ἀπαραβίαστος* novum.

l. 6b *κα[θάπ]ερ ἐν ἀρχῆ[ι] ἔφρασα*: initium libelli non servatum! an fuerit *ἔφθασα* scil. *λέγων*?

Fr. 3 col. XIIIa et b. Haec quoque pagella iterum examinanda, ut connexum sententiarum plane restituere possimus.

l. 4b nova structura (*τῶν — — — καλῶν ἑορτάζοντες*), fortasse ad imaginem Platonicae dictionis conformata (*ἑστιάσας* [scil. *ἑαυτόν*] *λόγων καλῶν καὶ σκέψεων* Polit. 571 d).

Natura libelli plane illius similis, quem de vano contemptu Polystratus conscripsit, quemque, Carolo Wilke duce, veluti *διατριβήν* habere consuevimus. Rhetoricus color in ambobus

idem, eadem ratio sententiarum explicandarum, magis rhetori quam philosopho accommodata[1]). Sed tota de horum libellorum indole ac natura quaestio penitus enucleanda, libellis Demetrii, Carneisci, Philodemi quibusdam praesertim comparatis, quod me in proximum tempus effecturum spero. Si recte litterarum umbras in libelli calce detexi — de Polystrati nomine minime quidem dubitandum — libellus iste in adversarios quosdam conscriptus erat. Quinam tamen isti adversarii fuerint e fragmentis servatis non apparet. In columna IIIa Epicurei opponuntur illis, qui Epicureorum disciplinam non amplectuntur; sed verba, quibus Polystratus utitur, ita in universum dicta sunt, ut minime dignoscatur quos homines scriptor re vera respexerit. Tum in coll. XIa et XIIb Epicurei in affectibus rite pensandis et recte aestimandis longe aliam viam ingrediuntur atque *οἱ πολλοί*. Haec tantum indicia in parte servata habemus, quae certe leviora sunt ut aliquid certi inde concludere possimus. Hoc tamen animadvertendum, per totam libelli partem superstitem, quam vero minimam in universi libelli ambitu considerare possumus (ex septuaginta minimum columnis non amplius tredecim!), laudes Epicureae disciplinae, more atque consuetudine *παραινέσεως* conscriptas, immo libelli conclusionem, in qua adversariorum partes iam fere nulla sint, nos habere. Amplam in adversarios disputationem praecessisse facile credideris.

---

[1]) Vide quae rectissime de rhetorum ornamentis a Polystrato usurpatis in libello cui inscribitur *περὶ ἀλόγου καταφρονήσεως* disputavit Robertus Philippson in Neue Jahrbücher XXIII [1909] p. 504.

INDICES

In indicibus papyrorum 176, 1289, 1232 (quod idem de papyro 346 dicendum est) distinguendum erat aut saltem adnotandum quid unicuique scriptori deberetur, quid autem eorum fontibus, maximeque Epicuro reddendum esset. Hoc probe scio. Cum tamen nunc haec vix distingui ac dignosci possent, malui in praesenti rem intentatam in indicibus relinquere, ad Adnotata delegans, ubi meam de singulis locis qualemcumque opinionem protuli.

In indicibus universa vocabula commemorantur, articulis et voculis *καί, τέ, μέν, δέ, γάρ, ἄν, οὐ (οὐχί), μή* exceptis; *μή* et *ἄν (= ἐάν)* ut coniunctiones commemorantur.

I. Epicuri *περὶ φύσεως* Lib. XXVIII.

A. Index vocabulorum.

ἀγαθός comp. **5** II 6
ἄγειν **5** VII 11, 7 inf.
ἀγνοεῖν **5** IX 14
ἄγνωστος **5** IV 5 inf., 4 inf. (?); VIII 10 inf.
ἀδολεσχεῖν **5** XII 1, 9
ἀδύνατος **5** IX 12
ἀθρόος **5** XI 7
αἰεί **5** III 7; V 8
αἵρεσις **5** III 5; VII 8 inf.
αἱρεῖν **5** II 5; VII 13 (?)
αἴσθησις **1** IV 3; **3** I 1, II 8
αἴτιον **5** II 16 (?)
ἀκολουθεῖν **5** X 9 inf.
ἀκούειν **5** XII 3
ἀκριβοῦν **1** III 10
ἀκρόασις **5** XII 7
ἀληθής **5** VIII 4
ἁλίσκεσθαι **5** VII 2 inf.
ἀλλά **1** I 7; II 7; **5** I 5; II 6; III 1 inf.; IV 7 inf. (?), 4 inf.; V 1; VI 13; VII 11; 4 inf.; IX 14; 9 inf.; X 3; XI 9, 12, 4 inf.
ἄλληι **5** VI 17 (?)
ἀλλήλων **5** III 5 inf. (?)
ἄλλην adv. **5** XI, 10 (*ἄλλην καὶ ἄλλην*)
ἄλλος **1** I 10; **5** VI 11; VIII 2
ἀλλοτρίως **5** X 17
ἅμα adverb. **1** III 3
ἁμαρτάνειν **5** VII 2 inf. (?)
ἁμαρτία 4 III 6
ἀμφιβολία **5** IV 2 inf. (*περὶ Ἀμφιβ.* liber Ep.)
ἄν (= ἐάν) **3** IV 6; **5** VII 12; VIII 5, 9; IX 17; X 13, 7 inf., 2 inf.
ἀναγράφειν **5** IV 1 inf.
ἀναλαμβάνειν **1** III 9
ἀναλόγισμα **3** 1 7
ἀναλογισμός **5** II 7 inf.
ἀναλογιστικός **5** VI 7 inf.
ἀνάλογος **5** XI 15
ἀνεπιτήδειος (ἀνεπιτήδιος) **5** VIII 8
ἄνθρωπος **3** I 6; **4** III 7; **5** V 2
ἀντικειμένως **5** IX 4
ἀντικεῖσθαι **5** VII 2
ἀντιμαρτύρησις **3** II 4
ἀπαγωγή **1** I 11
ἅπας **3** I 5 (?); **5** VIII 12
ἀπο[βλέπειν] **5** VII (?)
[ἀπο]δεικνύναι (-δικνύναι) **5** II 10
ἀποδιδόναι **5** V 6 inf.
ἀπόκρισις **5** VIII 5 inf.
ἀπορεῖν **5** III 2
ἀπόρημα **5** V 7 inf.
ἀρνεῖσθαι **5** IX 2 inf.; **5** X 7, 13
ἀρχή **5** IX 5; XI 2 inf.
ἀστεῖος (ἀστῖος) **5** VI 2 inf.
αὐτόματος **5** I 8 inf. (?)
αὐτός **1** III 7; III 8, 9; **3** I 10 (?); II 7, 8; IV 3; **4** III 2, 3; **5** III 5, 8; V 5, 4 inf.; VIII 14, 9 inf., 1 inf.; IX 13; X 4, 7 inf.; XI 6, 8, 3 inf.
αὑτοῦ (cfr. ἑαυτοῦ) **3** IV 6; **5** III 1; IV 3 inf.; X 4; XI 13.
βαδίζειν **5** VIII 7; X 9, 15; XI 16
βλέπειν **5** II 2; III 8; VIII 9 inf.

βούλεσθαι **4** III 2; **5** XI 4 inf.
βυβλίον **1** III 10

γέ **1** I 7; II 2; III 1; **5** I 7 ([*οἰόν*] *τέ γε*); V 9 inf. (*ἔγωγε*); VI 2 inf.; IX 10 (*καίτοι γε*), 8 inf.; X 8
γελᾶν **5** VIII 7 inf.
γελοίως **5** IV 5
γίγνεσθαι **4** III 9; **5** V 14; VI 13, 10 inf.
γιγνώσκειν **1** III 7
γνωστός **5** VII 3 (?)
γράφειν **1** III 8; **5** IV 14 (?)
γραφή **5** V 3 inf.

δεικνύναι (fort. *δικνύναι*) **4** III 17; **5** VII 4 (?)
δεῖν **5** IX 1 (?); X 4 inf.; XI 19
δή **5** II 5; VI 3, 4 inf.; VII 6 (*οὖν δή*); IX 1 inf. (*οὖν . . δή*); X 4 inf. (*οὖν δή*); XI 18
δηλονότι **1** I 8
δῆλος **5** I 4 inf.
δηλοῦν **3** I 6
δήποτε **5** II 7; VII 5
διά cum gen.: **3** II 7, 11; **5** VI 3; cum accus.: **4** III 11; **5** IV 3 inf.
διαιρεῖν **5** III 4 inf.
διαλέγειν **5** III 4 inf.
διάληψις **5** VI 7 inf.
διαμαρτάνειν **5** VIII 1; X 6 inf.; XI 3, 18, 5 inf.
διανοεῖσθαι **4** III 3
διαστολή **5** VI 12
[*δια*]*τριβή* **5** V 13
διαφορά IX 17; X 2, 2 inf.
διάφορος 5 II 3
διδόναι **5** VII 14
διδασκαλία **5** III 6
διείργειν **3** II 2
διισχύρισις **5** XI 8
διό (*διὸ καί*) **5** VIII 11; IX 4
διορίζειν **5** V 3
δοκεῖν **5** V 2 inf.; IX 15, 1 inf.; XI 6 inf.
δόγμα **1** I 4, 6
δόξα **1** III 2; **2** 9; **5** V 6, 10 inf.; VI 5; VII 7, 10, 5 inf.; X 14
δοξάζειν **1** II 5; **5** I 2 inf.; VI 5 inf., 1 inf.; XI 12
δύναμις **5** VII 12
δυσωπεῖν **5** XI 1

ἑαυτοῦ (cfr. *αὐτοῦ*) **5** VI 8
ἐγώ **1** I 9; **5** III 3; V 9 inf. (*ἔγωγε*); **5** V 7 inf. ([*ἐ*]*μοῦ*); **5** XII 4 (*ἐμοί*) **1** II 3; **5** II 10; IV 9 inf. 1; V 2, 6, 6 inf.; XII 1
ἐθισμός **4** III 11; **5** I 6 inf.; VIII 4 inf.
ἐθίζειν **5** IV 9
εἰ **1** I 9; **5** X 10, 13; XI 20
εἰδέναι **5** I 8
εἶδος **5** II 2 inf.; III 9; XII 7
εἰκότα (*τὰ*) **2** 16
εἶναι praesens ind.: **4** III 6; **5** II 12; IV 1, 13; VII 10, 5 inf.; VIII 5, 11; IX 13; XI 9 inf.; coniunct. **5** X 13 (*εἶ*); VII 9 (*ἥιμεν*); partic. **1** II 4; **2** 13; infinitivus praes.: **1** I 1; II 1; **4** III 1 (?); **5** II 4, 6, 8; VIII 2 inf.; X 13; imperf.: **5** VI 7 inf.; futur. **5** VIII 10
εἴπερ **5** III 7
εἰπεῖν **1** I (?)
εἰς **1** I 11; **2** 12; **5** VI 13; VII 5, 10; VIII 6, 2 inf.; XI 6
εἷς **5** VI 7; IX 9 inf., 5 inf.; X 11;
εἰσάγειν **5** XIII 7
ἐκ **1** IV 7; **3** I 5 (?); **5** III 8; V 5 inf.; VI 8, 12; VII 4 inf.; VIII 10 inf., 4 inf.; IX 5; XI 14
ἕκαστος **5** I 6; II 3 inf.; IX 9 inf., 5 inf.; X 6, 11; XII 7
ἑκάστοτε **4** III 2 (?)
ἐκεῖθεν **5** V 6 inf. (?)
ἐκδέχεσθαι (*ἐγδέχεσθαι*) **5** III 2 inf.; IV 6
ἐκκεῖσθαι **4** III 4; **5** VI 7
ἐκεῖνος (*ἐκῖνος*) **1** I 8; **1** III 6 (*ἐκ*]*ίναις*; an *κα*]*ιναῖς*?) **3** IV 9; **5** V 10 inf.; VI 5; VIII 6 inf. (*ἐκίνει*); IX 9 inf. fort.; semel scripturam *ἐκεῖνος* librarius admisit **5** III 13
ἔλεγχος **5** IX 9

ἐμβάλλειν **2** 12
ἐμπεριλαμβάνειν **5** XI 11
ἔμπροσθε **5** VI 1 inf.
ἐν **1** I; III 6; **5** IV 2 inf.; V 7; VIII 2, 6 inf.; IX 4 inf.
ἐναντίος **5** VI 5 inf., 2 inf.
ἐναντιολογεῖν **3** IV 7
ἐνάργεια **5** XI 6
ἐναργής **5** VII 10 inf. (?)
ἔνδειξις **2** 7 (?)
ἐνδέχεσθαι **5** VIII 14, 2 inf.
ἕνεκα **5** V 9
ἐνεργός **5** XI 14
ἔνθα (*ἔνθα μέν — ἔνθα δέ*) **5** X 8, 14, 17, 5 inf.
ἔννοια **3** II 11 (?)
ἐννοεῖν **5** V 9 inf.; XI 20 (?)
ἐνταῦθα **1** III 1, 4
ἔντευξις **3** II 12
ἐξεῖναι **1** IV 2
ἑξῆς **5** II 5; XII 8
ἔξω **5** IV 8
ἐπαγωγή **1** II 13; **2** 17; **5** VI 11
ἐπεί **5** III 3; VII 3
ἐπειδή (*ἐπ. γάρ*) **5** V 12
ἐπί c. gen. **3** I 10, 11 (?); IV 8; **4** III 8; **5** IV 11; V 3 inf.; VI 11, 4 inf.; IX 3 inf.; X 16, 1 inf.; XI 17, 4 inf.; XII 3 c. dat. **5** VIII 8 inf., 7 inf.; XI 9 inf. c. accus. **1** I 10; **4** III 1; **5** IV 5 inf.; VI 11; IX 5 inf.; X 9; XI 8 — c. incerto casu **1** II 7
ἐπιβάλλειν **5** IX 7 inf.
ἐπιβλέπειν **5** III 3
ἐπιβλητικός **5** V 1 inf.; VI 6; VII 3, 4 inf.; X 18
ἐπιβλητικῶς **5** X 7, 11
ἐπιλογίζεσθαι **5** IX 10
ἐπιλόγισις **5** VII 13, 15
ἐπιλογισμός **1** IV 8; **5** VII 7, 10
ἐπιμαρτυρεῖν **5** X 19
ἐπιμαρτύρησις **3** II 3
ἐπινεύειν **5** X 7
ἐπιπίπτειν **5** I 3
ἐπίστασθαι **5** VIII 15 (bis), 1 inf.; IX 1, 13
ἐπιφέρειν **5** I 3 inf.
ἑρμηνεία (*ἑρμηνία*) **4** III 5; **5** VI 10
ἔρχεσθαι **5** XI 7
ἔτι **3** II 5
ἕτερος **1** I 7; II 12; IV 12; **4** III 7
εὐδαιμονία **5** V 10
εὐθύς **3** II 6; **5** VII 10; X 9
εὔκαιρος **5** III 1 inf.; fort. **2** 16
εὐλαβεῖσθαι **5** IX 6; XI 9
εὐπαγής **5** V 9
εὑρίσκειν **1** II 4
εὐσυνθεώρητος **5** VIII 10
ἐφαρμόττειν **5** VI 10; VIII 4 inf.
ἔχειν **3** IV 4; **4** III 8; **5** IV 4; V 6, 8; VII 12; XI 13, 1 inf.

Ζεύς **5** I 5
ζητεῖν **5** XII 3 (?)

ἤ *quam*: **4** III 8; **5** II 6; IV 7; VII 8 inf. *vel*: **1** IV 12, 13; **5** II 4; III 9; VI 1, 2 (bis), 8 inf.; VII 1; VIII 2, 5; IX 2 inf.; X 13 (coniect.)
ᾗι **5** VIII 5; X 7 inf.; XI 3, 9 inf.; 6 inf.
ἡνίκα **5** VI 8 inf.
ἤπερ (respondet fort. compar. *μᾶλλον*) **5** VI 8 inf.
ἤτοι **5** V 1 inf.; VI 5
ἧττον **1** II 1; **3** IV 2 **5** VII 9 inf.

θεωρεῖν **5** IV 5
θεώρημα **2** 7
θεωρητικός **5** VII 3 inf.; VIII 4; X 16
θεωρητικῶς **5** VI 3

ἰδέα **5** VI 8; XI 15
ἰδιότης **3** II 1; **5** II 1 (?) —
ἱκανός **5** VII 11; XI 1 inf.
ἱκανῶς **5** XI 1 inf.
ἴσως **5** V 2 inf.

καθάπερ **5** IV 3 inf.
καθαρός **5** VII 15
καθόλου **5** IX 18, 8 inf.; X 5, 9 inf.; XI 11
καιρός **5** VII 14
καίτοι (*γε*) **5** IX 10

κανών **5** XI 13
κατά c. gen. **5** V 6; c. accus. **1** III 1; IV 5; **2** 15; **3** I 8; II 8; **4** III 4; **5** I 6; II 4 inf.; III 6, 11; IV 8; V 1 inf.; VI 6, 7; VIII 3; IX 9 inf.; X 17; XII 7
καταγελᾶν **5** VIII 2
καταγέλαστος **5** IV 12
κατακάλυψις **1** IV 12 (?); **3** I 3
κατακαλύπτειν **1** IV 12 (?)
κατασκευάζειν **5** V 11
